AZ.

LVI
A.
45.

Russia
Mosco
Tarta

75
K
17.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVI
A
45
NAPOLI

33

Russia seu
Moscouia, et
Tartaria

~~75~~

~~K^s~~

~~17.~~

33.


RVSSIA
ſeu
MOSCOVIA
itemque
TARTARIA
Commentario Topographico atque politico illuſtratæ.
LVGD. BATAVORVM
Ex officina ELZEVIRIANA.
ANNO clↄ Iↄc xxx.
Cum privilegio.


RVSSIA
ſeu
MOSCOVIA
itemque
TARTARIA
Commentario Topo:
graphicò atque
politico illus:
tratæ.
LVGD. BATAVORVM
Ex officina ELZEVIRIANA.
ANNO CIↃ IↃC XXX.
Cum privilegio.

QVÆ IN HOC commentario continentur hæc ſunt:

RVSSIA.

I.

RVSSIÆ topographica deſcriptio, è probatiſſimis autoribus compendio deprompta.

II. Soli cœlique qualitates; fruges, aliaque commerciis apta.

III. De ingeniis & moribus incolarum.

IV. Regimen politicũ & civile.

V. Reditus Principis, quibus rebus conſtent.

VI. De moneta Ruſſica.

VII. De militia Ruſſorum.

VIII. De familia magni Ducis Muſcoviæ, & principum ſucceſſione.

IX. De Samoiedarum moribus.

X. Magnus Moſcorum Dux.

QVÆ IN HOC commentario continentur hæc ſunt:

RVSSIA.

I.

RVSSIÆ *topographica deſcriptio, è probatiſſimis autoribus compendio deprompta.*

II. *Soli cœlique qualitates; fruges, aliaque commerciis apta.*

III. *De ingeniis & moribus incolarum.*

IV. *Regimen politicũ & civile.*

V. *Reditus Principis, quibus rebus conſtent.*

VI. *De moneta Ruſſica.*

VII. *De militia Ruſſorum.*

VIII. *De familia magni Ducis Muſcoviæ, & principum ſucceſſione.*

IX. *De Samoiedarum moribus.*

X. *Magnus Moſcorum Dux.*

TARTARIA.

I.

Excerpta è Michalonis Lituani fragmentis de moribus Tartarorum.

II. *De Tartarorum origine, moribus, tam domi quam in bello, diſciplina.* E Thuano.

III. *Tractatus de Tartaris Præcopenſibus, Cherſoneſiis, & Boſporiis.*

IV. *Martini Broniovii de Biezdzfedea, ad Tartarum legati, Tartaria.*

V. *Excerpta quædam ex Sabellico, aliiſque.*

I. RVS-

I.

RVSSIÆ TOPOGRAPHICA deſcriptio, è probatiſſimis autoribus compendio deprompta.

RVSSIA, quæ & Muſcovia à metropolios nomine vulgo dicitur, fines habet ad arctum Lappiam, & oceanum ſeptentrionalem; ad orientem Tartaros Nagaios; ad meridiem Tartariam Crimeam ſive Perecopenſem; ad occidentẽ denique Poloniam, Lithuaniam, Livoniam, Sueciam. Quemadmodum jam uni Principi paret, continet provincias haſce: Volodemeriam, Moſcoviam, Niſnovogrodiam, Pleskoviam, Smolensko, Novogrodiam Velicam, Roſtoviam, Yaruſlaviam, Bealezeram, Rezam, Dvinam, Corgapoliam, Meshoram, Vagham, Vſtugam, Galetſam. Quibus ſuperiori ſeculo Principes Ruſſiæ armis acquiſitas adjunxerunt, Tiveream, Yonghoriam, Permiam, Vadskam, Boughoriam, Chernigo, Qudoriam, Condoram, & magnam Siberiæ partem; cujus incolæ licet non ſint Ruſſi, tamen paren-

I.

RVSSIÆ TOPOGRAPHICA deſcriptio, è probatiſſimis authoribus compendio depromta.

RVSSIA, quæ & Muſcovia à metropolios nomine vulgo dicitur, fines habet ad arctum Lappiam, & oceanum ſeptentrionalem; ad orientem Tartaros Nagaios; ad meridiem Tartariam Crimeam ſive Perecopenſem; ad occidenté denique Poloniam, Lithuaniam, Livoniam, Sueciam. Quemadmodum jam uni Principi paret, continet provincias haſce: Volodemeriam, Moſcoviam, Niſnovogrodiam, Pleskoviam, Smolensko, Novogrodiam Velicam, Roſtoviam, Yaruſlaviam, Bealezeram, Rezam, Dvvinam, Corgapoliam, Meshoram, Vagham, Vſtugam, Galetſam. Quibus ſuperiori ſeculo Principes Ruſſiæ armis acquiſitas adjunxerunt, Tiverram, Yonghoriam, Permiam, Vadskam, Boughoriam, Chernigo, Oudoriam, Condoram, & magnam Siberię partem; cujus incolæ licet non ſint Ruſſi, tamen

parent Ruſſiæ Duci, illiuſque legibus vivunt, & tributa ipſi pendunt uti nativi illius ſubditi. præterea regna Caſan atque Aſtracan, *itidem* bello acquiſita. Tota hæc regio ingens terrarũ ſpatium in longitudinem atque latitudinem occupat. Nam à ſeptentrione in meridiem, à Cola ad Aſtracan (quod regnum nonnihil declinat verſus ortum) patet in longitudinem verſtas ſive milliaria Ruſſica (quorum LXXXVII uni gradui comparantur) quater mille ducenta & ſexaginta: Et tamen Princeps Ruſſiæ adhuc grande terrarum ſpatium poſſidet ultra Colam verſus arctum & ad flumen Tromſchuan uſque, verùm limitibus incertis, & jure pene controverſo inter ipſum & Sueciæ Daniæque Reges, quorum uterque varia loca ibidem poſſidet, & imperium totius ſibi vendicat. In latitudinem porro à finibus Livoniæ, & limite illius occidentali, ad Siberiam & limites remotiſſimos verſus ortum, circiter quater mille quadringenta milliaria Ruſſica occupat. Si vaſtæ hæ regiones, ubique pari incolarum frequentia cultæ eſſent, Princeps hic haud dubio vicinos omnes longe potentia ſuperaret; nam finium amplitudine facile cum quibuſvis certat.

Has regiones permeant ingentia aliquot

quot flumina quæ ſive amplitudinẽ ſive longitudine curſus ſpectes, maximis Europæ amnibus comparari, ſi non præferri poſſunt. Horum præcipua ſunt:

I. Volga, (olim *Rha*) Tartaris *Edel*. Oritur circiter ducenta milliaria Ruſſ. ſupra Yaroſlaviam è lacu *Volgo*; & pluribus amnibus undiquaque acceptis ita augetur, ut antequam ad oppidum hoc perveniat, pene milliare Anglicum in latitudinem pateat; & hinc porro magis magiſque ſeſe dilatans, & Occa flumine apud Niſnovogorod admiſſo, non minus quam duobus millibus octingentis milliaribus confectis, in mare Caſpium, quod Ruſſi *Chvvalimskoye* vocant, pluribus & ingentibus oſtiis ſe evolvit; quadraginta ſex gradibus & triginta ſcrupulis ab æquatore verſus arctum, uti ab Anglis obſervatum invenio.

II. Boryſthenes, hodie *Neper*, ſive *Dneper*, haud longe à metropoli Moſcua juxta pagum Dnepersko oriens, Ruſſiam dividit à Lithuania, & ſeſe in Pontum Euxinum exonerat. Labitur autem primo verſus meridiem ad VVyezmam; inde ortum petens, Drohobum, Smolensko, Orſſam Dubrovvnam, & Michalouvv ſtringit; inde rurſus in meridiem ſe convertens, Kioviam Ruſſiæ olim metropolin, Circaſſoſque adit; &

quot flumina;quæ ſive amplitudinẽ ſive longitudinẽ curſus ſpectes, maximis Europæ fluminibus comparari, ſi non pręferri poſſunt. Horum præcipua ſunt:

I. Volgha, (olim *Rha*) Tartaris *Edel*. Oritur circiter ducenta milliaria Ruſſ. ſupra Yaruſlaviam è lacu *Volgo*; & pluribus amnibus undiquaque acceptis ita augetur, ut antequam ad oppidum hoc perveniat, pene milliare Anglicum in latitudinem pateat; & hinc porro magis magiſque ſeſe dilatans, & Occa flumine apud Niſinovogorod admiſſo, non minus quam duobus millibus octingentis milliaribus confectis, in mare Caſpium, quod Ruſſi *Chvvâlmskoye* vocant, pluribus & ingentibus oſtiis ſe evolvit; quadraginta ſex gradibus & triginta ſcrupulis ab æquatore verſus arctum, uti ab Anglis obſervatum invenio.

II. Boryſthenes, hodie *Neper*, ſive *Dneper*, haud longe à metropoli Moskoa juxta pagum Dnepersko oriens. Ruſſiam dividit à Lithuania, & ſeſe in pontum Euxinum exonerat. Labitur autem primo verſus meridiem ad VVyezman; inde ortum petens, Drohobuſ̃, Smolensko, Orſſam Dubrovvnam, & Michalouvv ſtringit; inde rurſus in meridiem ſe convertens, Kioviam Ruſſiæ olim metropolin, Circaſſôſque adit; &

tandem per campeſtria deſerta fluens, Oczakovv Tartarorum Perecopenſium oppidum & arcem, XL milliar. à Circaſſis attingit; indeque in pontum Euxinum tam vaſto oſtio exit, ut procul intuentibus freti formam referat. ſunt qui dubitant fluvium hunc non recte hodie Boryſthenem vocari; ſed Berezinam fluv. (qui Boriſovv arcem alluit & in Dneper confluit) rectius à veteribus Boryſthenem appellatum.

III. Tanais, vulgo *Don*, (antiquis limes inter Aſiam atque Europam) in Rezan Ozera oriens, ex lacu Ivvanovvo Lezioro (qui in latitudinem, ut tradunt, patet verſtas 10) primum recta per Tartarorum Perecopenſium agros verſus ortum labitur, & haud longo à flumine Volga intervallo & oppido Saniſla, cubito ſe flectens, atque aliquot aliis amnibus auctus, in Mæotidem paludem prope oppidum Azoph deſcendit. Per hoc flumen ab urbe Moſcua Conſtantinopolin navigatur, per amnẽ Moſcuam in Occam deſcendendo, navo per anguſtum iſthmum traducta, & in hunc rurſus deducta. Eſt & alter Tanais minor, qui in Siberienſi Ducatu oriens (unde Dunecz Severski vocatur) ſupra Azoph in Tanaim magnum deſcendit.

IV. Dvvina, in VVologda provincia ſcatu-

ſcaturiens, magno gyro circumacto recta deſcendit verſus arctum, & per ſex oſtia ſe condit in ſinum S. Nicolai. coaleſcit è duobus amnibus, Iug & Suchana; unde illi nomen; nam Dvvina Ruſſis *binos* notat.

v. Duna, in Novogrodenſi provincia naſcens, per Livoniam labitur, & ſecundum Rigam deſcendit in mare Balticum; quod Ruſſi *Warekkoie morie* vocant. oritur è lacu ejuſdem nominis, qui diſtat à fontibus Boryſthenis fere x milliar.

vi. Onega in Sinum Solovetsko ſe fundit, nonaginta mill. Ruſſic. à portu S. Nicolai verſus occaſum ſolis. Hic fluvius infra oppidum Cargopoliam conjungit ſe cum amne Volock, qui in Finlandicum mare deſcendit juxta oppidum Yamam, ita ut à portu S. Nicolai in Finlandicum mare, atque inde in mare Balticum navigiis penetrari poſſe à Ruſſis, fuerit probatum.

vii. Suchana, qui influit in Dvvinam, & amiſſo nomine una cum Dvvina in mare arctoum ſe mergit.

viii. Ocka, haud longe à Tartarorum Perecopenſium finibus exoriens; & Vorotiniam, Collugam, Cerpachum, Corſiram, Columam, Rhezaniam, Cazigorodiam, Murinamq; prӕterlapſus,

curſu in arctum reflexo, in Volgam deſcendit juxta Niſinovogorodam. Piſces nutrit longe optimos. Ex ejus fontibus quoque oriuntur Sem & Soſna. quorum ille Senerenſem Ducatum præterfluit; oppidumque Potivolo alluens, in Diſnam flu. illabitur juxta oppidum Czernigovv, & cum Diſna infra Kioviam in Boryſthenem: Soſna autem per campeſtria Tartarorum curſu in orientem inſtituto à Tanai abſorbetur.

a x. Moskua, metropolin dividens, illique nomen communicans, deſcendit in Occam. Oritur autem in Tvverenſi provincia, ſeptuaginta fere milliar. Ruſſic. ſupra Moſaisko, à quo ad metropolin jam dictam xc milliar. numerantur: ſex autem mill. ſupra Moſaisko navigabilis eſſe incipit.

x. VVichida, ampliſſimus amnis, qui in Permia oriens, Volgæ confluit; alii in Dvvinam deducunt.

Nunc ſingulas provincias deſcribemus, initio facto à Moskua, uti principali.

Moſcua provincia.

PRovincia hæc neque admodum ampla eſt, neque fœcundo ſolo; quippe quod maxima ſui parte aridum atq; arenoſum: frumento tamen mediocriter affluit: melle ferisque caret; præter lepores.

[illegible] magna ibidem copia: [illegible] frugiferas habet, (præ[illegible] fere ſunt mino[illegible] ſaporis. Indigenæ [illegible] Ruſſi aſſuetiores [illegible] judicantur.

Metropolis eſt Moskua, forma pene [illegible] ædificata. Ægydius Flecherus, [illegible] Angl. R. ad magnum Ruſſiæ [illegible] Legatus, anno ciↃ iↃ LXXXVIII, [illegible] ſe à Ruſſis accepiſſe, antequam [illegible] anno ciↃ iↃ LXXI à Tartaris [illegible] pene tota flammâ dele[illegible] arce atque ſervata, ædes in ea nu[illegible] fuiſſe XLI mill. iↃ: ſed hodie [illegible] haud multo majorem eſſe. Di[illegible] autem in quatuor partes, quæ [illegible] muris aut vallo cinctæ ſunt. [illegible] pars & veluti meditullium ur[illegible] appellatur *Kitaygorod.* Huic proxi[illegible] caſtellum, aut Regia, muris [illegible] diviſa: appellaturque *Kremlena*[illegible]. Quæ duæ partes muro circumda[illegible] lapideo, nonnulla materie ad[illegible]. Pars quæ ab oriente, ſeptentrio[illegible] occidente has cingit, *Tzargorod* [illegible], id eſt, Cæſarea civitas; muro [illegible] ex candido ſaxo, ſed terra agge[illegible]. Pars quæ has extra circumcingit, [illegible] nominatum, ſepem habet, [illegible] terra. Pars hujus meridionalis,

trans

res, quorum ſatis magna ibidem copia: arbores quidem fructiferas habet, (præter ceraſos) ſed fructus fere ſunt inſuaves atque ingrati ſaporis. Indigenæ hujus provinciæ cæteris Ruſſis aſtutiores atque adeo fallaciores judicantur.

Metropolis eſt Moskua, forma pene rotunda ædificata. Ægydius Fletcherus, Eliſabethæ Angl.R. ad magnum Ruſſiæ Ducem Legatus, anno CIϽ IϽ LXXXVIII, ſcribit, ſe à Ruſſis accepiſſe, antequam hæc urbs anno CIϽ IϽ LXXI à Tartaris Perecopenſibus pene tota flammâ deleretur, arce ægre ſervata, ædes in ea numeratas fuiſſe XLI mill. IϽ: ſed hodie Londino haud multo majorem eſſe. Dividitur autem in quatuor partes, quæ ſingulę ſuis muris aut vallo cinctæ ſunt. Intima pars & veluti meditullium urbis appellatur *Kitaygorod*. Huic proxime adjacet caſtellum, aut Regia, muris ab hac diviſa; appellaturque *Kremlenagrod*. Quæ duæ partes muro circumdatæ ſunt lapideo, nonnulla materie adjecta. Pars quæ ab oriente, ſeptentrione & occidente has cingit, *Tzargorod* dicitur, id eſt, Cæſarea civitas; muro cincta ex candido ſaxo, ſed terra aggeſta. Pars quæ has extra circumcingit, *Skorodum* nominatum, ſepem habet, ſine ulla terra. Pars hujus meridionalis,

trans flumen Moſcuam ſita, alio nomine Strelzka Slaboda vocatur; quod à militibus inhabitetur, ſive prætorianis magni Ducis. hanc à Baſilio ædificatam ſcribit Fletcherus, & milites ibidem collocatos, privilegio ipſis indulto medonem etiam vetitis diebus bibendi; atque ea de cauſa hanc partem vulgo *Nalgy* appellari; quod ipſorum lingua ſonat, *Infunde*. Cæterum ædes privatorum omnium ut plurimum ſunt ligneæ, paucæ admodum lateritiæ. Plurima ſunt templa, quorum nonnulla è ligno ſunt ſtructa: horum templorum principale eſt *Troyes*, id eſt, templum S. Trinitatis, ad quod palmarum feſto Patriarcha aſino inſidens à magno Duce introducitur. Caſtellum autem, in quo eſt regia Principis, muro lateritio, alto craſſoque, à reliquo corpore ſeparata, bis mille nongentos paſſus ambitu complectitur. in quo ſunt plurima pulcherrima ædificia nobilium; diverſa fora rerum venalium; plurimaque templa; uti templum Archangeli Michaëlis, in quo principes ſepeliuntur; *Blazaveſine*, ſive templum Annuntiationis Mariæ, novem habens turres, quarum tecta, uti & totius templi, ære deaurato cooperta ſunt, & crux altiſſimæ turris ex auro puriſſimo facta eſt; *Iuan Veliskoy*, D. Ioan-

D. Ioannis templum, cujus turris tectum deauratum eſt, abundatque campanis; quarum una, longe maxima, pendet mille ducentas poēdas, quæ [illegible] ponderis noſtratis [illegible]6000 libras. Iſta hæc civitas, prout ab Anglis obſervatum eſt, ab æquatore quinque & quinquaginta gradus, & decem ſcrupula [illegible] arctum.

Wolodimeria provincia.

WOlodimeria provincia, quæ & nomen à præcipua urbe invenit, [illegible] Moſcuæ provinciæ verſus aquilo[illegible], & Occa flumine alluitur verſus [illegible]. Principalis urbs eſt VVolodi[illegible], ſatis ampla; caſtrum habet li[illegible]; fuitque olim Ruſſiæ metropo[illegible] inter Volgham & Occam flu[illegible] xxxv milliar. Ruſſica ab urbe [illegible], ſive xxxvi mill. German. ver[illegible]; agro adeo fertili, uti ex uno [illegible] tritici ſæpe xx, nonnumquam & [illegible] colligantur. Alluit illam Cleſma [illegible]. cætera magnæ vaſtæque ſylvæ [illegible]. Oritur hic fluvius IV. milliar. [illegible] à Moſcua, & ibi multis molen[illegible]; infra VVolodimeriam ſpa[illegible] milliar. Germ. navigatur uſque [illegible] oppidum Murom, ad Occæ ripam ſi[illegible]; & dein Occæ ſe conjungit.

D. Ioannis templum, cujus turris tectum deauratum eſt, abundatque campanis; quarum una, longe maxima, pendet bis mille ducentas poëdas, quæ valent ponderis noſtratis 66000 libras. Diſtat hæc civitas, prout ab Anglis obſervatum eſt, ab æquatore quinque & quinquaginta gradus, & decem ſcrupula verſus arctum.

Wolodimeria provincia.

WOlodimeria provincia, quæ & nomen à præcipua urbe invenit, adjacet Moſcuæ provinciæ verſus aquilonem, & Occa flumine alluitur verſus ortum. Principalis urbs eſt VVolodimeria, ſatis ampla; caſtrum habet ligneum; fuitque olim Ruſſiæ metropolis. Sita eſt inter Volgham & Occam flumina, CLXXV milliar. Ruſſica ab urbe Moſcua, ſive XXXVI mill. German. verſus ortum; agro adeo fertili, uti ex uno modio tritici ſæpe XX, nonnumquam & XXX colligantur. Alluit illam Cleſma fluvius. cætera magnæ vaſtæque ſylvæ cingunt. Oritur hic fluvius IV. milliar. Germ. à Moſcua, & ibi multis molendinis ſervit; infra VVolodimeriam ſpatio XII milliar. Germ. navigatur uſque ad oppidum Murom, ad Occæ ripam ſitum; & dein Occæ ſe conjungit.

Niſinovogorod.

NOvogardia, civitas ampla & lignea, cum caſtro, quod Baſilius ad Volgæ & Occæ confluentem ex lapide in ſcopulo ædificavit; diſtat à metropoli Moſcua pene cccc mill. Ruſſ. verſus boream, & quinquaginta ſex grad. & xxx ſcrup. ab æquatore. Ager fertilitate rerumque copia VVolodimeriam æquat. Ad utramque autem Volgæ ripam degunt Ceremiſſi, qui Mahumeti ſectam ſequebantur tum quum Herberſteynius ſcriberet: Sunt autem duplices: nam qui trans Volgam verſus boream incolunt, Ceremiſſi Logori vocantur, à fœnorum ſtruibus; qui vero cis fluvium, verſus meridiem, Ceremiſſi Nagorni appellantur, id eſt, ſuperiores ſive montenſes, non quod ulli ibidem ſint montes, ſed à collibus quos occupant. Sura fluvius (quondam inter Ruſſiam & Caſanum limes) à meridie veniens, centum pene milliar. Ruſſic. infra Novogardiam in Volgam influit; ſupraque confluentem ad dextram Suræ ripam Baſilius caſtrum locavit quod ab ipſius nomine VVaſilgorod appellatur. Ab Occa flum. orientem & eurum verſus vaſtæ occurrunt ſilvæ, quas Mordvvæ populi inhabitant, à Ruſſis diverſi, & proprio idiomate utentes; durum hominum genus, qui paga-

pagatim incolentes, ferina & melle victitant, pellibuſque pretioſis inprimis abundant; militiæ non inidonei, fere pedites militant, arcubus longis conſpicui, & ſagittandi peritia noti; quibus artibus latrocinantes Tartaros ſæpe fortiter repulerunt & mulctarunt.

Rhezan Ducatus.

A Novogardiæ inferioris Ducatu, declinando nonnihil ad occidentem, Rezan provincia jacet inter Occam & Tanaim fluvium. Objacet autem Moſcuæ provinciæ ad ortum, Aka ab illa diviſa. Hic principatus cæteris omnibus Ruſſiæ provinciis longe præſtat fertilitate: nam ager illius frumenti culmos tam denſe profundit, ut equi difficulter tranſire poſſint: præterea magna ibidem mellis, piſcium, avium, ferarumque eſt copia: arborum fructus quoque longe ſunt præſtantiores quam in reliqua Ruſſia. Incolæ audaces & bellicoſiſſimi. Principalis urbs, *Rhezan*, ad Occæ ripam ſita, & fere è ligno ſtructa: Occa fluvius non procul ab urbe inſulam facit, quæ Strup appellatur. Fuit quondam magnus Ducatus, Principemque habuit nemini obnoxium; nunc autem Ducatus hic Moſchico imperio acceſſit. Cætera oppida ſunt C[illegible]ſ[illegible]a, ad ripam Occæ fluminis, oppidum item

pagatim incolentes, ferina & melle victitant, pellibuſque pretioſis inprimis abundant; militiæ non inidonei, fere pedites militant, arcubus longis conſpicui, & ſagittandi peritia noti; quibus artibus latrocinantes Tartaros ſæpe fortiter repulerunt & multarunt.

Rhezan Ducatus.

A Novogardiæ inferioris Ducatu, declinando nonnihil ad occidentem, Rhezan provincia jacet inter Occam & Tanaim fluvium. Objacet autem Moſcuæ provinciæ ad ortum, Aka ab illa diviſa. Hic principatus cæteris omnibus Ruſſiæ provinciis longe præſtat fertilitate; nam ager illius frumenti culmos tam denſe profundit, ut equi difficulter tranſire poſſint: præterea magna ibidem mellis, piſcium, avium, ferarumque eſt copia: arborum fructus quoque longe ſunt præſtantiores quam in reliqua Ruſſia. Incolæ audaces & belicoſiſſimi. Principalis urbs, *Rhezan*, ad Occæ ripam ſita, & fere è ligno ſtructa: Occa fluvius non procul ab urbe inſulam facit, quæ Strup appellatur. Fuit quondam magnus Ducatus, Principemque habuit nemini obnoxium; nunc autem Ducatus hic Moſchico imperio acceſſit. Cætera oppida ſunt *Corſira*, ad ripam Occæ fluminis, oppidum item

ligneum,

ligneum, XXVIII mill. diſtans à Rhezan; quod & quondam Dominum habuit ſui juris; nunc Moſco paret. *Tulla*, oppidum ligneum, XL fere mill. Polonic. à Regezan; XXXVI à Moſcua verſus meridiem. Baſilius Ioannis Magnus Dux hic caſtrum è lapide conſtruxit, ad ripam fluvii, qui idem cum oppido nomen habet; Vppa autem fluvius ab ortu caſtrum alluit, Tullæque flu. junctus, Occæ ſupra Vorotin XX fere milliar. commiſcetur. Hoc quoque oppidum ad tempora uſque Baſilii proprium habuit Dominum. *Odoiovv*, caſtrum ad Tullæ & Vppæ confluentem in Occam. A quo verſus meridiem Mſczeneck jacet, locus paluſtris; ubi quondam arx fuit ejuſdem nominis, cujus tantum rudera hodie viſuntur: circa tamen illam habitant non pauci in taguriolis, qui quum à Tartaris infeſtantur, in paluſtria hæc loca ſe cum ſuis recipiunt. Diſtat denique Mſczeneck à Moſcua LX mill. Polonica, à fontibus Occæ XVIII. *Coluga*, oppidum & caſtrum ligneum, ad Occæ ripam, XXXVI milliar. Polonic. à Moſcua. magnus Dux hic præſidium alit adverſus Tartaros. *Vorotinia*, urbs & caſtrum: ad Occæ ripam; diſtat à Coluga III milliaria; ducatus titulo inſignis.

Sibe-

Sibirienſis ſive Severienſis provincia.

SEverienſis ducatus eſt amplus, & rebus omnibus affluens. Ejus latitudo à Boryſthene flu. ad Mſczeneck caſtrum, quod ſupra dirutum diximus, extenditur; & vaſtos & incultos campos paſſim occupat. Severienſes Duces ſui juris fuerunt, ſed poſtea magnis Lithuaniæ Ducibus multos annos paruerunt. Polonis quoque, quum magnus ducatus, Iagelone baptizato, ad Polonos perveniſſet, tributum perſolverunt. Dein à Caſimiro Poloniæ Rege, magnoque Lithvaniæ Duce, Iagelonis filio, ad Ioannem magnum Ruſſiæ Ducem defecerunt. Sedes autem hujus Principatus erat in Novvogrodeck. Tandem hi Principes (prout alii multi in Ruſſia) perfidiæ innocenter accuſati, à Baſilio Principatu ſunt exuti. Civitates & arces in hoc ducatu ſunt complures, inter quas Novogrod, *Sieverski* dicta, Starodub, Potivolu, Czernigovv, & Bransko ſunt celebriores. Sylvæ hermelis, aſpreolis, & melle abundant; agri quoque ſunt fertiliſſimi.

Novogrod Sieverski, urbs & arx lignea, olim ducum ſedes, diſtat à Potivolu & Starodub, ab una XVIII, ab altera XV mill.: à Moſcua per Colugá, Vorotiniam, Serensko & Bransko CL milliar.

B Czer.

Siberienſis ſive Severienſis provincia.

SEverienſis ducatus eſt amplus, & rebus omnibus affluens. Ejus latitudo à Boryſthene flu. ad Mſczenek câſtrum, quod ſupra dirutum diximus, extenditur; & vaſtos & incultos campos paſſim occupat. Severienſes Duces ſui juris fuerunt, ſed poſtea magnis Lithuaniæ Ducibus multos annos paruerunt. Polonis quoque, quum magnus ducatus, Iagelone baptizato, ad Polonos perveniſſet, tributum perſolverunt. Dein à Caſimiro Poloniæ Rege, magnoque Lithuaniæ Duce, Iagelonis filio, ad Ioannem magnum Ruſſiæ Ducem defecerunt. Sedes autem hujus Principatus erat in Novvogrodeck. Tandem hi Principes (prout alii multi in Ruſſia) perfidiæ innocenter accuſati, à Baſilio Principatu ſunt exuti. Civitates & arces in hoc ducatu ſunt complures, inter quas Novogrod, *Sieverski* dicta, Starodub, Potivolu, Czernigovv, & Bransko ſunt celebriores. Sylvæ hermelis, aſpreolis, & melle abundant; agri quoque ſunt fertiliſſimi.

Novogrod Sieverski, urbs & arx lignea, olim ducum ſedes, diſtat à Potivolu & Starodub, ab una XVIII, ab altera XIV mill.: à Moſcua per Colugã, Vorotiniam, Serensko & Bransko CL milliar.

Czernigovv, oppidum & arx, diſtat xxx mill. à Kiovia: totidem à Potivolo.

Potivolum, urbs & arx lignea, diſtat à Moſcua cxl mill. Polonica: à Kiovia lx, à Branski xxxviii.

Novogrodeck, xviii milliar. diſtat à Potivolo, xiv à Starodub.

Starodub xxxii mill. à Potivolo.

Smolenſcenſis provincia.

PRovincia hæc ampla, ad ortum habet Moſcuam, ad eurum Siberiam, ad africum Lithuaniam, ad occidentem Livoniam. Metropolis illius *Smolensko*, civitas ingens & inſignis, ad Boryſthenis ripam ſita: in cujus ulteriori ripa arcem habet è roboribus ædificatam, in qua plurima ædificia lignea in formam civitatis exſtructa ſunt: hanc ex una parte fluvius alluit, ex altera profundis foſſis & acutis ſtipitibus munitur; in medio autem arcis templum eſt ſcopulo ſuperſtructum, Divæ virgini ſacrum. Civitas ipſa in valle ſita eſt, collibus undique & vaſtis ſylvis cincta; diſtat à Moſcua lxxx mill. Polonica.

Cætera oppida ſunt; *Drohobus* ſive *Drogobuſch*, ad Boryſthenis ripam, lxxii mill. à Moſcua, xviii à Smolensko. Hugra amnis profundus non longe ab hoc oppido oritur in ſylva quadam, & inter Collugam & Vorotiniam influit in Oc-
cam.

cam. Hic fluvius quondam Lithuaniam à Ruſſia dividebat. *Wyezma*, oppidum & caſtrum ligneum, ad ripam flu. ejuſdem nominis, qui haud procul inde in Boryſthenem illabitur; diſtat à Moſcua xlv mill. à Mazaysko xxvi, à Drohobus xviii. *Mozaysko*, oppidum & caſtellum ligneum; diſtat à Moſcua xviii mill. verſus meridiem; à VVyezma xxvi. hic Princeps Ruſſiæ quotannis venatur, præſertim lepores albos, quorum magna hic copia eſt.

Bielskia Ducatus.

BIelskia principatus Ruſſiæ, quondam ſui juris principem habuit; qui magnis Lithuaniæ ducibus, Iagellonis filiis, (à quibus Baſilius, Princeps Byelskiæ, ad Baſilium Ruſſiæ ducem defecit, ducatumque totum illi ſubjecit) tributum pendebat, nunc Ruſſiæ Dux titulum illius uſurpat. Civitas præcipua *Byela*, cum caſtello, ad ripam flu. Obſcha in vaſtis ſylvis ſita, & lx milliar. Polon. à Moſcua, xxxvi à Smolensko, à Toropetz xxx abjuncta.

Rſchoviæ Ducatus.

DVcatus hic latiſſime patet, à Moſcua verſus occaſum. Leporibus albis abundat hæc provincia, quos Duces Ruſſiæ hic ſæpe venantur. Principalis illius civitas *Rshevva*, cum arce utraque

 lignea,

cam. Hic fluvius quondam Lithuaniam à Ruſſia dividebat. *Wyezma,* oppidum & caſtrum ligneum, ad ripam flu. ejuſdem nominis, qui haud procul inde in Boryſthenem illabitur; diſtat à Moſcua XLV mill. à Mazaysko XXVI, à Drohobus XVIII. *Mozaysko*, oppidum & caſtellum ligneum; diſtat à Moſcua XVIII mill. verſus meridiem; à VVyezma XXVI. hic Princeps Ruſſiæ quotannis venatur, præſertim lepores albos, quorum magna hîc copia eſt.

Bielskia Ducatus.

Bielskia principatus Ruſſiæ, quondam ſui juris principem habuit; qui magnis Lithuaniæ ducibus, Iagellonis filiis, (à quibus Baſilius, Princeps Byelskiæ, ad Baſilium Ruſſiæ ducem defecit, ducatumque totum illi ſubjecit) tributum pendebat, nunc Ruſſiæ Dux titulum illius uſurpat. Civitas præcipua *Byela*, cum caſtello, ad ripam flu. Obſckæ in vaſtis ſylvis ſita, & LX milliar. Polon. à Moſcua, XXXVI à Smolensko, à Toropetz XXX abjuncta.

Rſchoviæ Ducatus.

Dvcatus hic latiſſime patet, à Moſcua verſus occaſum. Leporibus albis abundat hæc provincia, quos Duces Ruſſiæ hic ſæpe venantur. Principalis illius civitas *Rshevva*, cum arce utraque

lignea, ad Volgæ ripam ſita, XXIII mill. à Moſcua. Vltra hanc aliquot mill. occidentem verſus ſylva eſt VVolkovvskiles; in qua jacet palus VVronovv; è qua exit fluvius quidam, qui duobus milliar. Polon. progreſſus in lacum Volgo influit, & aquis multis auctus rurſus egreditur, & deinceps Volga à lacu dicitur.

Cætera oppida ſunt; *Wolocz k* urbs & arx lignea, XXIV mill. à Moſcua verſus occidentem, XII à Moſaysko, XX à Tvveria. *Wielikye luki*, urbs & arx lignea, CXL. mill. à Moſcua, LX à Novogrodia magna, XXXVI à Poloſczko; præterfluit Lovat fluvius, qui inde ſeptentrionem petens, in Ilmen lacum juxta Novogrodiam magnam ingreditur. *Toropyec*, urbs & arx, XVIII milliar. à VVyelikie Luki, ad confinia Ducatus Lithuaniæ.

Tvverenzis Ducatus.

VNa è maximis Ruſſiæ provinciis. Metropolis illius *Tvveria*, quam Volga fluvius interlabitur: in altera Volgæ ripa caſtellum habet ligneum, juxta quod Tvvercza fluv. in Volgam confluit. civitas hæc monetam propriam habet argenteam, quæ valore Moſcovicæ æquatur. diſtat à Moſcua XXXVI mill. verſus occidentem æſtivum. Eſt & *Torſack*, oppidum X mill. Polon. à Tvveria diſtans; cujus olim dimidia pars Novo-

gro-

grodienſi provinciæ attributa fuit; altera Tvverienſi Ducatui; quem Ioannes Baſilides primum occupavit.

Pleſcovienſis Ducatus.

AMpliſſima provincia, & ſui quondam juris, donec à Ioanne Baſilide anno CIↃ IↃ X occuparetur. Metropolis illius *Pleskovia*, Ruſſis *Pskovv*, ad lacum Pskovvam ſita; ex quo ejuſdem nominis fluvius emergit, ac mediam urbem interluit, & ſex mill. emenſus in lacum Czuczko vel Czudzin ingreditur: per quem facilis in mare Balticum eſſet navigatio, niſi ſcopuli quidam non longe ab Ivvanovvgorod & Nierva caſtris in finibus Livoniæ impedimento eſſent. Hæc urbs, quod in Ruſſia rariſſimum, muro cincta eſt; dividiturque in quatuor partes, quarum ſingulæ muro cinctæ. Diſtat à Novogrodia magna XXVI mill. verſus occaſum. Hæc civitas proditione ſacerdotum in Ruſſiæ Ducis manus devenit, qui cives in Moſcuam traduxit, & Ruſſos in illorum locum ſubſtituit.

Novogrodia magna Ducatus.

PRovinciæ hujus principatus olim totius Ruſſiæ longe ampliſſimus fuit. Ejus metropolis eſt Novogrodia magna, Ruſſis *Novogrod Wielki*. Continet ambitu ſuo circiter duas verſtas. In ea ſunt

grodienſi provinciæ attributa fuit; altera Tvverienſi Ducatui; quem Ioannes Baſilides primum occupavit.

Pleſcovicenſis Ducatus.

AMpliſſima provincia, & ſui quondam juris, donec à Ioanne Baſilide anno CIↃ IↃ IX occuparetur. Metropolis illius Pleskovia, Ruſſis *Pskovv*, ad lacum Pskovvam ſita; ex quo ejuſdem nominis fluvius emergit, ac mediam urbem interluit, & ſex mill. emenſus in lacum Czuczko vel Czudzin ingreditur: per quem facilis in mare Balticum eſſet navigatio, niſi ſcopuli quidam non longe ab Ivvanovvgorod & Nierva caſtris in finibus Livoniæ impedimento eſſent. Hæc urbs, quod in Ruſſia rariſſimum, muro cincta eſt; dividiturque in quatuor partes, quarum ſingulæ muro cinctæ. Diſtat à Novogrodia magna XXXVI mill. verſus occaſum. Hæc civitas proditione ſacerdotum in Ruſſiæ Ducis manus devenit, qui cives in Moſcuam traduxit, & Ruſſos in illorum locum ſubſtituit.

Novogrodia magnæ Ducatus.

PRovinciæ hujus principatus olim totius Ruſſiæ longe ampliſſimus fuit. Ejus metropolis eſt Novogrodia magna, Ruſſis *Novogrod Wielki*. Continet ambitu ſuo circiter duas verſtas. In ea ſunt

monaſteria ſeptuaginta, craſſis lateritiis muris ſepta, & plurimis rotundis turribus ornata, quæ fere æneis tegulis tectæ ſunt: alioquin cæteræ ædes è trabibus ligneis compactæ ſunt; quibus & vallum conſtat, & ſemitæ ſtratæ ſunt. Diſtat ab æquatore quinquaginta octo gradibus & xxv ſcrupul. Interfluit fluvius navigabilis VVolchovv ſive VVolcho; qui ex lacu Ilmen II verſtis ſupra civitatem emergens, infra illam & xxxvi mill. ab origine ſua in alium lacum Ladoga dictum ſe mergit. Lacus autem Ilmen, in latitudinem quidem xII, in longitudinem vero xvIII mill. Polonic. patens duos celebres amnes recipit, Lovvat & Scholonam; unum hunc emittit. Diſtat urbs à Moſcua cxx milliar. Polon. verſus occidentem æſtivum: à Pleskovia xxxvi; ab VVanogorod & VVielikie Luki xL. Cætera oppida ſunt, *Ruſs*, oppidulum vetuſtiſſimum, xII milliar. à Novogrodia: præterfluit fluvius ſalſus, quē oppidani ampla foſſà in modum lacus coërcent, & ex aqua in ædes ſuas per canales derivata ſalem coquunt. Id oppidum ſuperioribus annis pene dirutum, &, quum olim ampliſſimum fuerit, uti è ruderibus apparet, nunc tantum tenuis eſt pagus, cum adjuncto caſtello, quod vocant *Starra Ruſſa*. *Ivanovv*

arce gaudet, à Ioanne Baſilide (unde illi nomen hæſit) ad ripam Nervæ fluv. è vivo ſaxo ſtructa. Iuxta hanc arcem jacet civitas Nerva, Ruſſica dicta, ad diſcrimen alterius Nervæ quæ ad alteram ripam ex oppoſito jacet, quæ Livoniæ tribuitur. Utraque autem dicitur Nerva à fluvio qui ex lacu Czudzko effluit, & Pikovva & Vielika Reka amnibus acceptis, has interluit, alveo bombardæ jactum lato, indeque in mare Livonicum ſe exonerat. *Iamma*, caſtrum IIII milliar. ab Ivvanovvgorod, ad Ploſſæ fluv. oſtium, ſeptentrionem verſus. *Coporgia*, urbs & caſtrum IV milliar. à Iamma, ad ripam fluvii ejuſdem cum urbe nominis. Hinc ſeptentrionem verſus xxv mill. per Oreſſek & Corellam urbes, ad Polnam fluvium pervenitur, qui Ruſſorum imperium à Finlandia Sveciæ Regi ſubjecta dividit.

A Novogrodia magna, xxx milliar. intervallo diſtat *Vodzka* regio, inter occidentem & ſeptentrionem ſita, cujus incolæ proprium idioma habent, non nihil à Ruſſico diverſum: hic animalia aliunde invecta colorem album induere ſuumque mutare perhibent.

Dvvina provincia.

Hæc provincia ad ſeptentrionem ſita eſt, & quōdam ad Novogrodienſem

novv gorod arx, à Ioanne Baſilide (unde illi nomen hæſit) ad ripam Nervæ fluv. è vivo ſaxo ſtructa. Iuxta hanc arcem jacet civitas Nerva, Ruſſica dicta, ad diſcrimen alterius Nervæ quæ ad alteram ripam ex oppoſito jacet, quæ Livoniæ tribuitur. Vtraque autem dicitur Nerva à fluvio qui ex lacu Czudzko effluit, &, Pskovva & Vielika Reka amnibus acceptis, has interluit, alveo bombardæ jactum lato, indeque in mare Livonicum ſe exonerat. *Iamnia*, caſtrum xII milliar. ab Ivvanovvgorod, ad Pluſſæ fluv. oſtium, ſeptentrionem verſus. *Coporogia*, urbs & caſtrum IV milliar. à Iamnia, ad ripam fluvii ejuſdem cum urbe nominis. Hinc ſeptentrionem verſus xxv mill. per Oreſſek & Corellam urbes, ad Polnam fluvium pervenitur, qui Ruſſorum imperium à Finlandia Sueciæ Regi ſubjecta dividit.

A Novogrodia magna, xxx milliar. intervallo diſtat *Vodzka* regio, inter occidentem & ſeptentrionem ſita, cujus incolæ proprium idioma habent, nonnihil à Ruſſico diverſum: hic animalia aliunde invecta colorem album induere ſuumque mutare perhibent.

Dvvina provincia.

HÆc provincia ad ſeptentrionem ſita eſt, & quōdam ad Novogrodien-

ſem principatum pertinuit; nomen accepit à fluvio Dvvina, qui præterlabitur. Ampliſſima eſt & ſupra c milliaria ambitu complectitur; pauciſſima tamen oppida & caſtra habet; præterquam Dvvinam civitatem in medio regionis ſitam; Colmogram arcem; & Pinegam caſtrum ad fluminis oſtium conditum. Pagis tantum abundat, qui ob ſoli ſterilitatem longe à ſe invicem diſtant. Incolæ ex piſcibus feriſque omnis generis victum quærunt; panis uſum ignorant; pellibus amiciuntur. Solum ipſorum magna parte ſalſum, ita ut ſalem ex illo excoquant & vicinis vendant. Longe alia jam hujus regionis facies, poſtquam variæ nationes huc commerciorum cauſa venire cœperunt, qui antea Narvam petebant.

Vſtiugha provincia.

HÆc provincia Dvvinam provinciam concludit à meridie. Hæc regio olim Novogrodienſibus tributaria fuit; nunc Principi Moſco paret. Incolæ nullum panis habent uſum; piſcibus & ferina victitant; Idioma proprium habent, licet & Ruſſica lingua utántur, Salem è Dvvina provincia petunt. Omnis generis ferarum pellibus abundant, prçcipue vulpinis nigris, quæ nonnunquam Zebellinis æquiparantur. Ze-

bellinorum pelles hic paucæ, neque admodum laudatæ. Præcipua civitas *Vſtiug*, cum ſua arce, ad ripam Suchanæ fluvii condita. Vſtiugh dicitur ab *Vſtia*, quod Oſtium Latinis denotat, & *Iugh* fluvio, qui ex meridie in ſeptentrionem labens, ad cujus confluentem in Suchanam primo ſita fuit, nunc ad dimidium milliare ſupra confluentem illius jacet.

Vologda provincia.

PRovincia hæc inter orientem & ſeptentrionem jacet; tota paludoſa eſt & ſylveſtris, ita ut viatores difficulter itineris rationem inire poſſint, propter crebras & pene invias paludes & fluviorum mæandros. Quondam ſub Novogrodiæ magnæ ditione fuit. Principalis illius urbs *Vologda*; quæ arcem habet & natura loci & opere munitiſſimam; in qua magnus Ruſſiæ Dux tempore neceſſitatis partem theſaurorum ſolet recondere; unde illam lateritio muro craſſo & alto cingendam curavit. Abeſt à Iaroſlavv L milliarib. Polonicis, à Bielezoro XL, & LIX. gradib & X ſcrup. ab æquatore. Fluvius Vologda ex occidente in ſeptentrionem defluens & in Dvvinam confluens ſtringit illam; à quo ipſi, urbi & provinciæ, nomen. VVaga fluvius, omnis generis piſcibus abundans, inter hanc & Bieleiezorum è paludibus

bellinorum pelles hic paucæ, neque admodũ laudatæ. Præcipua civitas *Vſtiug*, cum ſua arce, ad ripam Suchanæ fluvii condita. Vſtiugh dicitur ab *Vſtia*, quod *Oſtium* Latinis denotat, & *Iugh* fluvio, qui ex meridie in ſeptentrionem labens, ad cujus confluentem in Suchanam primo ſita fuit, nunc ad dimidium milliare ſupra confluentem illius jacet.

Vologda provincia.

PRovincia hæc inter orientem & ſeptentrionem jacet; tota paludoſa eſt & ſylveſtris, ita ut viatores difficulter itineris rationem inire poſſint, propter crebras & pene invias paludes & fluviorum mæandros. Quondam ſub Novogrodiæ magnæ ditione fuit. Principalis illius urbs *Vologda*; quæ arcem habet & natura loci & opere munitiſſimam; in qua magnus Ruſſiæ Dux tempore neceſſitatis partem theſaurorum ſolet recondere; unde illam lateritio muro craſſo & alto cingendam curavit. Abeſt à Iaroſlavv L milliarib. Polonicis, à Bieleiezoro XL, & LIX. gradib & x ſcrup. ab æquatore. Fluvius Vologda ex occidente in ſeptentrionem defluens & in Dvvinam confluens ſtringit illam; à quo ipſi, uti & provinciæ, nomen. VVaga fluvius, omnis generis piſcibus abundans, inter hanc & Bieleiezorum è paludibus

in denſiſſimis ſylvis oritur, ac in Dvvinam fluvium illabitur. accolæ hujus fluvii panis uſum penitus ignorantes, ferinis carnibus ut plurimum victitant; abundant pellibus vulpinis nigris & cinericei coloris.

Bieleiezoro Ducatus.

Bieleiezoro (quaſi *album lacum* dicas) ampla eſt regio, una è Ducatibus Ruſſiæ, ad ſeptentrionem ſita, juxta ingentem lacum, à quo ipſi nomen inditum. Pátet lacus in longitudinem XIII milliar. Polonica, totidemque pene in latitudinem. Circiter triginta amnes recipit, & unum tantum Soſnam emittit, qui XV milliar. ſupra Yaroſlavv & IV infra Mologam Volghæ fluvii alveum ſubit. In hoc lacu arx jacet, natura loci munitiſſima, & inexpugnabilis credita, in quam Ruſſiæ Dux theſauros ſuos recondere conſuevit, & tempore neceſſitatis veluti ad aſylum ſe recipere. Regio pene tota paluſtris eſt, & ſilvoſa, ideoque & aditu perdifficilis, ita ut non niſi aquis glacie conſtrictis, aut pontibus è transverſis arboribus ſtratis adiri poſſit. A lacu Bieleiezorio ad ſagittæ jactum alius jacet lacus, ſulphur copioſe proferens, quod fluvius quidam ex illo emergens, veluti ſpumam ſupernatantem devehit. Ejus præcipua urbs

& arx *Bieleiezoro*, ad lacum ſupradictum ſita, diſtat à Moſcua C milliaria, & à Novogrodia magna totidem.

Iaroslaviæ Ducatus.

Provincia hæc ampla & fertiliſſima, præſertim ea parte qua Volgham fluvium contingit. Ducatus olim ſecundogenitis magnorum Ruſſiæ Ducum attribuebatur; in quorum progenie aliquandiu manſit, & proprios habuit Dominos, quos Ioannes Baſilides, Ruſſiæ monarcha, principatu ſpoliatos, in ſervitutem redegit, parva admodum in provincia redituum parte ipſis relicta. ex horum progenie qui ſuperſunt, Kneſi, id eſt, Duces Iaroslavvſci dicuntur. Principalis illius urbs *Iaroslavv*, ampliſſima, cum arce ſua lignea, diſtat à Moſcua XLV milliar. Polonicis, ad Volgæ ripam ſita.

Roſthoviæ Ducatus.

Hic Ducatus olim poſt Novogrodiam magnam, inter Ruſſiæ principatus præcipuus & antiquiſſimus habebatur, & ſecundogenitis Ducum Ruſſiæ attribuebatur: quorum poſteri à Ioanne Baſilide illo fuerunt ſpoliati; noviſſimo hærede anno CIↃ IↃ LXV indigne trucidato, & ſtirpe penitus deleta. Præcipua illius urbs *Roſtovv*, cum arce ſua lignea, ſita eſt ad lacum quendam, è

& arx *Bieleiezoro*, ad lacum ſupradictum ſita, diſtat à Moſcua c milliaria, & à Novogrodia magna totidem.

Iaroslaviæ Ducatus.

PRovincia hæc ampla & fertiliſſima, præſertim ea parte qua Volgham fluvium contingit. Ducatus olim ſecundogenitis magnorum Ruſſiæ Ducum attribuebatur; in quorum progenie aliquandiu manſit, & proprios habuit Dominos, quos Ioannes Baſilides, Ruſſiæ monarcha, principatu ſpoliatos, in ſervitutem redegit, parva admodum in provincia redituum parte ipſis relicta. ex horum progenie qui ſuperſunt, Kneſi, id eſt, Duces Iaroslavvſci dicuntur. Principalis illius urbs *Iaroslavv*, ampliſſima, cum arce ſua lignea, diſtat à Moſcua XLV milliar. Polonicis, ad Volgæ ripam ſita.

Roſthoviæ Ducatus.

HIc Ducatus olim poſt Novogrodiam magnam, inter Ruſſiæ principatus præcipuus & antiquiſſimus habebatur, & ſecundogenitis Ducum Ruſſiæ attribuebatur: quorum poſteri à Ioanne Baſilide illo fuerunt ſpoliati, noviſſimo herede anno CIↃ IↃLXV indigne trucidato, & ſtirpe penitus deleta. Præcipua illius urbs *Roſtovv*, cum arce ſua lignea, ſita eſt ad lacum quendam, è

quo

quo Cotorea fluvius emergit, & Iaroſlaviam civitatem præterlapſus illabitur in Volgam. Archiepiſcopum ſuum habet urbs, diſtatque à Moſcua milliar. Polon. XXXIV.

Reliqua oppida ſunt; *Vglitz*, cũ ſuo caſtello, ad Volgæ ripam, diſtans à Moſcua XXIV milliaria, à Iaroslavia XXX. *Chlopigrod* urbs, diſtans ab Vglitz II mill. Polonica. hic frequentiſſimæ nundinæ celebrantur, ad quas Sueci, Livones, Lithuani, Tartari & aliæ nationes confluunt; rerum tantum permutatione hic utuntur. *Pereaslovv* urbs & arx ad lacum quendam ſita, XXIV milliar. à Moſcua, X à Roſtovia. Iuxta hanc lacus eſt è quo ſalem coquunt.

Susdalienſis Ducatus.

PRovincia hæc Roſtoviæ & VVolodimeriæ contermina eſt, olim inter præcipuos Ruſſiæ principatus habita, & ſecundogenitis magnorum Ruſſiæ Ducum attributa, quorum poſteris à Ioanne Baſilide in eundem modum fuit erepta. Metropolis illius *Susdali* civitas & arx, in qua ſedes Epiſcopalis eſt. quondam totius Ruſſiæ metropolim fuiſſe volunt. Reliqua oppida ſunt: *Coſtromovvgorod*, urbs cum caſtro, ad confluentem Coſtromæ amnis in Volgam ſita, XX mill. à Iaroſlavia verſus orientem

tem æſtivalem. *Galicz*, urbs & arx, quæ minori provinciæ nomen dedit, quæ ob crebras paludes, amnes, & denſiſſimas ſylvas pene invia eſt.

Viatka regio.

HÆc provincia fere tota paluſtris eſt, & ſterilior; melle tamen, piſcibus & feris omnis generis abundat; Ceremiſſarum latrociniis obnoxia. Nomen habet à Viatka fluvio, qui in Camam influit. Ad hujus ripam ſitæ ſunt *Chlinova*; & IV milliaria infra hanc *Orlo*; deinde VI milliar. ab Orlo verſus occidentem *Sloboda* & *Cotelnicz* civitates, ad Rheczieza fluvii ripas, qui ab oriente fluens in Viatkam influit. Hæc regio olim ſub Tartarorum dominio fuit, donec à Baſilio magno Ruſſiæ Duce ipſis eriperetur: plurimi tamen Tartari ultra citraque Viatkam in campeſtribus hodieque habitant, præſertim juxta Viatkæ in Camam fluvium confluentem. Diſtat hæc regio à Moſcua CL milliar.

Permia regio.

AMpliſſima provincia, diſtans à Moſcua CCL miliar. In ea eſt urbs ejuſdem nominis ad Viſchoræ flu. ripam ſitu; qui decem milliaria inde emenſus in Camam ſe condit. Indigenæ hujus provinciæ pane rariſſime utuntur, ferina fere omnis generis viſitantes. Idioma pecu-

tem æſtivalem. *Galicz*, urbs & arx, quæ minori provinciæ nomen dedit, quæ ob crebras paludes, amnes, & denſiſſimas ſylvas pene invia eſt.

Viatka regio.

HÆc provincia fere tota paluſtris eſt, & ſterilior; melle tamen, piſcibus & feris omnis generis abundat; Ceremiſſarum latrociniis obnoxia. Nomen habet à Viatka fluvio, qui in Camam influit. Ad hujus ripam ſitæ ſunt *Chilinova*; & IV milliaria infra hanc *Orlo*; deinde VI milliar. ab Orlo verſus occidentem *Sloboda* & *Cotelnicz*, civitates, ad Rheczieзæ fluvii ripas, qui ab oriente fluens in Viatkam influit. Hæc regio olim ſub Tartarorum dominio fuit, donec à Baſilio magno Ruſſiæ Duce ipſis eriperetur: plurimi tamen Tartari ultra citraque Viatkam in campeſtribus hodieque habitant, præſertim juxta Viatkæ in Camam fluvium confluentem. Diſtat hæc regio à Moſcua CL milliar.

Permia regio.

AMpliſſima provincia, diſtans à Moſcua CCL miliar. In ea eſt urbs ejuſdem nominis ad Viſchoræ flu. ripam ſita; qui decem milliaria inde emenſus in Camam ſe condit. Indigenæ hujus provinciæ pane rariſſime utuntur, ferina fere omnis generis victitantes. Idioma

pec-

peculiare, litteraſque à Ruthenicis habent diverſas, à Stephano Epiſcopo inter Sanctos à Ruſſis relato, qui hoſce ad fidem Chriſtianam convertit, inventas. Plurimi illorum nihilominus hodieque ſunt pagani & idololatræ, paſſim in ſylvis degentes. Hyeme trahis iter ſuper nives faciunt, quas aut canes aut cervi albi (quos in hunc uſum cicurant & domi alunt) ducunt. Pedites vero nartis ſuis (quemadmodum & in aliis plurimis Ruſſiæ locis conſuetudo eſt) celerrime ſuper nives feruntur. Sunt autem hæ nartæ, ligneæ ſoleæ, duos treſve cubitos longæ, quibus pedibus ſubligatis & baculo oblongo atq; acuminato ſuffulti, tanta celeritate feruntur, & colliculos, truncos, foveaſque tranſiliunt, ut nullus equus, licet agilis, eos curſu conſequi poſſit: hocque modo feras omnis generis capere & telis configere ſolent.

Sibier provincia.

HÆc provincia ad Camam fluvium jacet, inter Permiam atq; Viatkam; videtur urbibus & caſtris omnino vacua: Regio tota paluſtris & ſylvis opaca, & ob vicinitatem Tartarorum magnam partem deſerta. Indigenæ proprio idiomate utuntur: panis uſum neſciunt; ferina carne veſcuntur. Mercimonia aſpreolorum pellibus (qui apud

illos

illos præſtantiſſimi reperiuntur) exercent, eaſdemque magno Ruſſiæ Duci pro tributo pendunt. In hac provincia Jayczk ingens fluvius oritur, qui per Tartarorum campeſtria Caſpium mare petit.

Iugra provincia.

IVgra, ſive Iuhra, cujus indigenæ Iuhri vel Iugrici appellantur, ad oceanum ſeptentrionalẽ ſita eſt: ex ea Hungaros ob ſterilitatem ſoli olim emigraſſe & ad Mæotidis paludes conſediſſe volunt; atque inde poſtea in Pannoniam ingreſſos, à ſuo nomine Iuhariam dixiſſe, quæ jam Hungaria audit. Indigenæ hujus regionis magno Ruſſiæ Duci tributum pendunt, & pene eodem cum Hungaris idiomate utuntur, uti ferunt; nam Herberſteynius ſibi compertum negat.

Petzora Regio.

HÆc provincia ſecundùm mare glaciale longo tractu ſe extendit verſus arctum atque orientem. Nomen capit à flumine Petzora, qui à meridie deſcendens juxta oppidum & caſtellum Puſtoziero, ſex ámplis oſtiis in mare glaciale ſe exonerat. ad utramque fluminis ripam jacent montes, quos Ruſſi Zemnoipoias vocant, id eſt, cingulum terræ: quorum juga ob continuos ventorum

torum

illos præſtantiſſimi reperiuntur) exercent, eaſdemque magno Ruſſiæ Duci pro tributo pendunt. In hac provincia Iayczk ingens fluvius oritur, qui per Tartarorum campeſtria Caſpium mare petit.

Iugra provincia.

IVgra, ſive Iuhra, cujus indigenæ Iuhri vel Iugrici appellantur, ad oceanum ſeptentrionalē ſita eſt: ex ea Hungaros ob ſterilitatem ſoli olim emigraſſe & ad Mæotidis paludes conſediſſe volunt; atque inde poſtea in Pannoniam ingreſſos, à ſuo nomine Iuhariam dixiſſe, quæ jam Hungaria audit. Indigenæ hujus regionis magno Ruſſiæ Duci tributum pendunt, & pene eodem cum Hungaris idiomate utuntur, uti ferunt; nam Herberſteynius ſibi compertum negat.

Petzora Regio.

HÆc provincia ſecundùm mare glaciale longo tractu ſe extendit verſus arctum atque orientem. Nomen capit à flumine Petzora, qui à meridie deſcendens juxta oppidum & caſtellum Puſteoziero, ſex amplis oſtiis in mare glaciale ſe exonerat. ad utramque fluminis ripam jacent montes, quos Ruſſi Ziemnoipoias vocant, id eſt, cingulum terræ: quorum juga ob continuos ven-

torum flatus nihil herbidi ſortiuntur, ſed fere perenni nive rigent: creſcunt tamen ibidem ingentes cedri, circa quas nigerrimi zibellini reperiuntur: multæ quoque aves rapaces, præcipue accipitres albi, aucupio aptiſſimi, quibus Duces Ruſſiæ plurimum utuntur. Hos montes ab antiquis Riphæos & Hyperboreos dictos volunt. Qui Ruſſia Petzoram petunt, iis per Vſtiugam, & Dvvinam, Permiamque iter eſt. Incolæ hujus regionis ſimpliciſſimi ſunt: Idioma habent proprium, & panis uſum ignorant: Anno demum CIↃ IↃ XVIII fide Chriſtiana imbuti & baptizati fuerunt. Ad oſtium fluminis ſitum eſt oppidum & arx Puſtejezoro. Vltra quod ſecus mare degunt Samoeidæ, qui Ruſſis Samogedz, id eſt, ſeipſos comedentes, appellantur: Hæ gentes advenarum conſortia fugiunt; avibus & feris omnis generis, adeoque pretioſis pellibus, ſupra modum abundant; & vicinum mare multis piſcibus fætum eſt; & belluis quas *Mors* vocant Ruſſi; quarum dentibus utuntur ad manubria enſium atque cultellorum. Ad eundem fluvium jacet Papinovvgorod oppidum & caſtrum; cujus accolæ Papini vocantur, & diverſo à Ruſſis utuntur idiomate: tributum pendunt Ruſſiæ Duci. Puſtoſera oppidum

dum (prout ab Anglis obſervatum fuit) exiguum eſt, & circiter centum domiciliis ligneis conſtans. Hibernis menſibus intenſiſſimum hic eſt frigus, quum & menſe Auguſto flumen glacie cõſtringatur, & raro ante medium Majum ſolvatur. Diſtat ab æquatore LXVIII grad. & 30 ſcrupul. Ad ejuſdem flu. ripam jacet Vſtzilma pagus, conſtans triginta aut quadraginta ædibus; LXVI grad. & 30 ſcrupul. ab æquatore abjunctus.

Obdoria Regio.

Obdoria ab Obby fluvio nomen accepit, qui è Kitaysko ampliſſimo lacu exiens, & ab oriente in ſeptentrionem labens, ſex oſtiis in oceanum glacialem deſcendit: ad oppidum autem Obby tam amplum eſt hoc flumen, ut XVI milliaria Polon. aut LXXX verſtas Ruſſic. patere credatur; vixque biduo, licet aura obſecundante, trajiciatur; ſupra fidem piſcoſum. Accolunt Vogulici & Hugritzchi populi, Ruſſiæ Principi obnoxii: qui varia genera animalium hic capiunt. In hac regione haud longe à fluminis oſtio viſitur idolum antiquiſſimum è lapide exciſum, celeberrimum in hiſce partibus, & quod hi populi ſumma veneratione adorant; *Zolota baba* Ruſſi vocant, id eſt, auream anum; habet enim ſimilitudinem anus infantem

 gremi-

dum (prout ab Anglis obſervatum fuit) exiguum eſt, & circiter centum domiciliis ligneis conſtans. Hibernis menſibus intenſiſſimum hic eſt frigus, quum & menſe Auguſto flumen glacie cõſtringatur, & raro ante medium Majum ſolvatur. Diſtat ab æquatore LXVIII grad. & 30 ſcrupul. Ad ejuſdem flu. ripam jacet Vſtzilma pagus, conſtans triginta aut quadraginta ædibus; LXVI grad. & 30 ſcrupul. ab æquatore abjunctus.

Obdoria Regio.

OBdoria ab Obby fluvio nomen accepit, qui è Kitaysko ampliſſimo lacu exiens, & ab oriente in ſeptentrionem labens, ſex oſtiis in oceanum glacialem deſcendit: ad oppidum autem Obby tam amplum eſt hoc flumen, ut XVI milliaria Polon. aut LXXX verſtas Ruſſic. patere credatur; vixque biduo, licet aura obſecundante, trajiciatur; ſupra fidem piſcoſum. Accolunt Vogulici & Hugritzchi populi, Ruſſiæ Principi obnoxii: qui varia genera animalium hic capiunt. In hac regione haud longe à fluminis oſtio viſitur idolum antiquiſſimum è lapide exciſum, celeberrimum in hiſce partibus, & quod hi populi ſumma veneratione adorant; *Zolota baba* Ruſſi vocant, id eſt, auream anum; habet enim ſimilitudinem anus infantem

gremio tenentis, & alterum juxta ſe habentis, quem illius nepotem dicunt indigenæ. Ab Obby fluvio à parte ſiniſtra aſcendendo, Calami populi in campeſtribus degunt, Ruſſiæ Duci tributum pendentes. Infra Obby fluvii oſtia complures ſunt amnes, Irtiſca, Bereſvva, Soſa, Tachnim, Danadim, & alii è montibus Ziemnoipoiis emergentes; quorum accolæ itidem Duci Ruſſiæ tributum pendunt. Hæc rerum facies fuit cum Herberſteynius legationem apud Moſcum obiret: poſtea Theodoro rerũ potiente, circum flumen Obby aliquot arces à Ruſſis fuerunt exſtructæ, validis è nemoribus illic exciſis trabibus intertextæ, terraque oppletæ, & præſidiis communitæ; coloniæ eò deductæ, è Ruſſis, Tartaris, Polonis aliiſque nationibus mixtæ. multi illuc exules, homicidæ, aliique facinoroſi ablegantur, unde ſenſim populoſæ ſocietates ibidem conſtitutæ.

Condora Regio.

PRrovincia hæc ad oceanum ſeptentrionalem itidem ſita, Obdoriæ regioni finitima eſt; tota ſilvoſa & variis amnibus diviſa. Indigenæ proprio idiomate utuntur, & Zolotam Babam idolum paulo ante commemoratum venerantur. ferina victitant; & pretioſas pelles

les Ruſſiæ Duci pro tributo ferunt. Nullæ hic urbes aut arces, ac ne pagi quidẽ.

Lucomoria Regio.

HÆc Regio longo tractu juxta mare ſeptentrionale protenditur. Incolæ paſſim in ſylvis & campis degunt. Huic regioni confines ſunt; Gruſtinizi & Serponovvizi, à caſtro Gruſtina ad lacum Kitaysko ſito ita dicti. Ab hoc lacu homines nigri, communis idiomatis ignari, ad Gruſtinam arcem ſolent accedere, varias merces deferẽtes, præcipue uniones, gemmaſque varias, quas Gruſtinizi ab ipſis permutatione mercãtur. Omnes autem Lucomoriæ incolæ magno Duci ſunt vectigales. Ex Lucomoriæ montibus Coſſin fluvius oritur, qui in magnum fluvium Tachnim deſcendit.

Loppia Regio.

A Lucomoria ultra tendendo ſecundũ mare glaciale Loppi populi agunt, barbarum & brutum hominum genus, qui incertis ſedibus vagantur, piſcibus & ferina victitãtes, & panis uſum omnino ignorantes. Idioma proprium habere & Ruſſiæ Duci tributum pendere dicuntur. Regio illorum frigidiſſima eſt.

Ceremiſſi populi.

CEremiſſi, Mordovotes, & Vachines, inter Viatkam & Vologdam provincias, vaſtas ſylvas ſine certis laribus

les Ruſſiæ Duci pro tributo ferunt. Nullæ hic urbes aut arces, ac ne pagi quidē.

Lucomoria Regio.

HÆc Regio longo tractu juxta mare ſeptentrionale protenditur. Incolæ paſſim in ſylvis & campis degunt. Huic regioni confines ſunt; Gruſtintzi & Serponovvtzi, à caſtro Gruſtina ad lacum Kitaysko ſito ita dicti. Ab hoc lacu homines nigri, communis idiomatis ignari, ad Gruſtinam arcem ſolent accedere, varias merces deferẽtes, præcipue uniones, gemmaſque varias, quas Gruſtintzī ab ipſis permutatione mercātur. Omnes autem Lucomoriæ incolæ magno Duci ſunt vectigales. Ex Lucomoriæ montibus Coſſin fluvius oritur, qui in magnum fluvium Tachuim deſcendit.

Loppia Regio.

A Lucomoria ultra tendendo ſecundū mare glaciale Loppi populi agunt, barbarum & brutum hominum genus, qui incertis ſedibus vagantur, piſcibus & ferina victitãtes, & panis uſum omnino ignorantes. Idioma proprium habent & Ruſſiæ Duci tributum pendere dicuntur. Regio illorum frigidiſſima eſt.

Ceremiſſi populi.

CEremiſſi, Mordovotes, & Vachines, inter Viatkam & Vologdam provincias, vaſtas ſylvas ſine certis laribus

occupant: magnam partem Pagani, quidam & Mahumetani; latrociniis & magicis artibus infames. Melle & ferina ut plurimum victitant. Durum hominum genus, & ſagittandi peritiſſimum. Ruſſis ſunt vectigales. Hi populi Volgam utrimque accolunt. quorum illi, qui dextram Volgæ ripam verſus arctum accolũt, Logovi agnominãtur, à fœni ſtruibus; qui ſiniſtram & verſus meridiem, Nagorni, quod montana incolant.

Mordvvæ populi.

A Niſinovogorod orientem & meridiem verſus vaſtæ occurrunt ſylvæ, quas Mordvvæ populi incolunt, homines duri & bellicoſi, & proprio idiomate utentes, partim idololatræ, partim Mahumetani. mulieres decoris gratia ungues nigro colore inficiunt, apertoque capite & paſſis crinibus incedunt. Ceremiſſis Nagornis vicini ſunt, qui non pauci ipſis ſunt permixti.

Cazan Regnum.

CAzan regnum, civitas & caſtrum ejuſdem nominis, ad ulteriorem Volgæ ripam, LXX fere milliar. Germ. à Novogrodia inferiore: ad orientẽ Tartaros finitimos habet, qui Schibanski & Koſatski vocantur. Cazan urbs abeſt à Viatka arce LX mill. German. Incolæ ſunt Tartari, ſed cæteris cultiores & urbanio-

baniores: quos Baſilius Ruſſiæ Dux adegit ut ſe ſubjicerent ipſius imperio, atque ejus arbitrio Regem acciperent. Poſtea ſæpius rebellarunt, & gravia damna Ruſſis intulerunt, quæ Herberſteynius prolixe narrat. Cazan pulchrum eſt oppidum, prout ſunt oppida Ruſſiæ univerſæ: in edito monte adjunctam habẽs arcem & natura & opere munitã. Diſtat ab æquatore LV grad. & XXX ſcrupulis.

Aſtracan.

ASTracan urbs opulenta, magnumque Tartarorum emporium, decem dierum itinere infra Cazan, ad citeriorem Volgæ ripam ſita, & longe ſupra illius oſtia. Sita eſt urbs in inſula amnica, ad clivum montis, habetque arcem ligneo vallo ſeptam, quali & ipſa cingitur. Inſula hæc patet in longitudinem milliar. XII, in latitudinem III; diſtatque ab æquatore XLVII (aliis XLVI) grad. & X ſcrupul. Nullis arboribus, ac ne gramine quidem veſtita; ſolo effœto & quod frumentum maligne admodum producit: unde hic magna annonæ penuria; incolæ autem magna ex parte piſcibus vitam tolerant; quos paſſim in oppido ad ſolem & ventum ſiccant; unde tantus fœtor prodit, ut aërem ipſum inficiat, qui hic hominum valetudini minus propitius eſt; & tantum muſcarum

baniores: quos Baſilius Ruſſiæ Dux adegit ut ſe ſubjicerent ipſius imperio, atque ejus arbitrio Regem acciperent. Poſtea ſæpius rebellarunt, & gravia damna Ruſſis intulerunt, quæ Herberſteynius prolixe narrat. Cazan pulchrum eſt oppidum, prout ſunt oppida Ruſſię univerſa: in edito monte adjunctam habẽs arcem & natura & opere munitã. Diſtat ab æquatore LV grad. & XXX ſcrupulis.

Aſtracan.

ASTRACAN urbs opulenta, magnumque Tartarorum emporium, decem dierum itinere infra Cazan, ad citeriorem Volgæ ripam ſita, & longe ſupra illius oſtia. Sita eſt urbs in inſula amnica, ad clivum montis, habetque arcem ligneo vallo ſeptam, quali & ipſa cingitur. Inſula hæc patet in longitudinem milliar. XII, in latitudinem III; diſtatque ab æquatore XLVII (aliis XLVI) grad. & X ſcrupul. Nullis arboribus, ac ne gramine quidem veſtita; ſolo effæto & quod frumentum maligne admodũm producit: unde hic magna annonæ penuria; incolæ autem magna ex parte piſcibus vitam tolerant; quos paſſim in oppido ad ſolem & ventum ſiccant; unde tantus fætor prodit, ut aërem ipſum inficiat, qui hic hominum valetudini minus propitius eſt; & tantum muſcarum

copiam generat, ut vix alibi tantam videre liceat.

Itinerum & fluviorum à Moſcovia in Siberiam, Samoiediam & Tingoëſiam ducentium, itemque oppidorum à Ruſſis in illis regionibus conditorũ deſcriptio.

EX urbe Soil ad *Witſogdam* oppidum (ſitum ad flumen ejuſdem nominis, quod influit in flumen Dvvinam; quod centeſimo à confluente milliari prope fanum Michaëlis archangeli exoneratur in mare album,) contendunt adverſo flumine, dum perveniant *Iaviniſcum*, oppidulum à Moſcis conditum, & Soila ſeptendecim ferè dierum itinere diſſitum. quo priuſquam deveniant, multa flumina, multas ſylvas pertrãſeunt. profluit autem *Witſogda* è montibus *Ioegoriis*, Tartariæ ad auſtrum conterminis, atque hinc, boream verſus ad ipſum uſque Oceanum procurrentibus. ex iiſdẽ montibus oritur & *Pezora*, qui cis fretum *Weygats* Oceano ſe commiſcet. Iaviniſco digreſſi, poſt trium hebdomadũ iter deveniunt ad *Neemum*, *Quod tam leni per ſylvas fluit agmine flumen*, ut inde ſibi invenerit nomen. *Neem* namque Latinis ſignificat mutũ. In eo quinque propemodum dies ratibus ſuis vel ſcaphis navigant. poſtea verò, compendii cauſa, properante videlicet aliorſum

Neemo, ſarcinas ſuas ad unam duntaxat leucam terra portandas curent neceſſum eſt. quo facto, *Wiſeram* deveniunt, flumen è quibuſdam rupibus *Ioegoriorum* montium appẽdicibus profluens, eas Moſci *Camenu* vocant. feruntur hinc novem continuos dies ſecundo VViſera, donec perveniant *Soil Camſcoy*, oppidulum refocillandis aliquantiſper viatoribus, terreſtri deinceps itinere perrecturis, ab Moſcis exſtructum. VViſera verò continuato aliquantenus curſu, tandem *Camo* ſe miſcet, *Viatcam* Moſcoviæ oppidum præterfluenti, & immenſo flumini *Rha*, quod & *Volga* dicitur, illabenti. qui quidẽ Volga LXX oſtiis exoneratur in mare Caſpium, ut ex iis accepi, qui coram id arbitrati ſunt.

Oppidum *Soil Camſcoy* mediocriter habitatũ eſt, & pagis compluribus cinctum. Incolæ Ruſſi fere aut Tartari. Pecoris, & præſertim equorum, hic magna copia. Viatores itaque paululum recreati, ſarcinas ſuas equis imponunt, & per montes ferè contendunt, abietibus, pinis, & raris quibuſdam arboribus conſitos. Trajiciunt verò inter hos ipſos montes flumen *Soibam*: hinc *Coſnam*, utrumque ad aquilonem procurrens. Diſtribuuntur autem hi montes in partes tres, quarum duæ priores ſingulæ

Nemo, ſarcinas ſuas ad unam duntaxat leucam terra portandas curent neceſſum eſt. quo facto, *Wiſeram* deveniſtur, flumen è quibuſdam rupibus *Ioëgoriorum* montium appēdicibus profluens, eâs Moſci *Camenas* vocant. feruntur hinc novem continuos dies ſecundo VViſera, donec perveniant *Soil Camſcoy*, oppidulum refocillandis aliquantiſper viatoribus, terreſtri deinceps itinere per-recturis, ab Moſcis exſtructum. VViſera verò continuato aliquantēnus curſu, tandem *Camo* ſe miſcet, *Viatcam* Moſcoviæ oppidum præterfluenti, & immenſo flumini *Rha*, quod & *Volga* dicitur, illabenti. qui quidē Volga LXX oſtiis exoneratur in mare Caſpium, ut ex iis accepi, qui coram id arbitrati ſunt.

Oppidum *Soil Camſcoy* mediocriter habitatū eſt, & pagis compluribus cinctum. Incolæ Ruſſi fere aut Tartari. Pecôris, & præſertim equorum, hic mágna copia. Viatores itaque paulûlum recreati, ſarcinas ſuas equis imponunt, & per montes ferè contendunt, abietibus, pinis, & raris quibuſdam arboribus conſitos. Trajiciunt verò inter hos ipſos montes flumen *Soibam*: hinc *Coſnam*, utrumque ad aquilonem procurrens. Diſtribuuntur autem hi montes in partes tres, quarum duæ priores ſingulæ

bidui, tertia quatridui itinere ſuperantur. Ac primæ quidem nomen eſt *Cooſvinſcoy Camen*, alteri *Cirginſcoy Camen*, tertiæ *Podvinſcoy Camen*. Et ſunt ſane hæc ipſa montana, ab iis unde egreſſi ſunt terris multum diverſa. Pulchriores in iis & arboribus denſiores ſylvæ, varias paſſim gignentes ſtirpes. Frequentantur autem hæc tria deſerta à Tartaris fere & Samojedis, nihil quam pretioſas pelles, Imperatori Moſcorum pendendas, in iiſdem venantibus. Montes *Podvinſcoy Camen*, cæteris altiores, ac nivibus paſſim & nubibus cooperti, ideoque viatoribus; ſuperatu difficiles. Fiunt tamen paullatim declives. Hinc *Vergateriam* devenitur, in quo oppidulo ſubſiſtendum eſt, uſque dum appetat ver, idque ob flumen *Tæram*, quod vicinis illic locis exortum, reliquo anni tempore perquam vadoſum eſt. At verò, *Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & magnis accreſcunt auctibus amnes*, ſcaphis & lembis trajicitur.

Vergateria primum eſt terræ Siberiæ oppidum, ac non niſi ante annos viginti & unum, (*ſcripta hæc anno* 1612,) una cum aliis aliquot oppidis, cœptum condi. Eſt autem & tectis mediocriter frequens, & coluntur hîc agri, non ſecus quam in Moſcovia. Reſidet hic Impera-

toris Moſcoviæ nomine Gubernator, qui magnam quotannis, initio ſtatim veris, frugum & annonæ copiam, in omnes præſidio militari munitas per univerſam Siberiam arces fluminum via, diſtribuit. quin & Moſcis trans Obby degentibus eadem ſuccurrendum eſt via. nec enim adhuc ibi colitur tellus, & Samojedæ (ut diximus) ferina ut plurimum victitant. Secundo Toëra quinque dierum itinere devenitur *Iaphanim*, oppidum ante biennium ſtructum & colonis inſeſſum. Hinc rurſus feruntur ſecundo Toëra, & biduum ſic progreſſi, coguntur hoc flumen, ob anfractuoſos ejus meatus, ſubinde trajicere, quo videlicet faciant viæ compendium. Habitant jam in his locis Tartari paſſim & Samojedæ, pecuaria fere naviculariaque ſe ſuſtentantes.

Tandem relicto Toëra, ad ingens flumen *Tababum* deveniunt, ducentis circiter leucis Vergateria diſſitum: & hinc *Tinnam* porro contendunt, oppidum populoſum, & ab iis quos ante diximus conditum. multi vero & rhedis, hiberno tempore, duodecim fere dierum ſpatio, *Iaphani Tinnam* perveniunt. atque hîc magna pellium pretioſarum inter Moſcos & Tartaros Samojedaſque vigent commercia, eſtq; commodus val-

toris Moſcoviæ nomine Gubernator, qui magnam quotannis, initio ſtatim veris, frugum & annonæ copiam, in omnes præſidio militari munitas per univerſam Siberiam arces fluminum via, diſtribuit. quin & Moſcis trans Obby degentibus eadem ſuccurrendum eſt via. nec enim adhuc ibi colitur tellus, & Samojedæ (ut diximus) ferina ut plurimum victitant. Secundo Toëra quinque dierum itinere devenitur *Iaphanim*, oppidum ante biennium ſtructum & colonis inſeſſum. Hinc rurſus feruntur ſecundo Toëra, & biduum ſic progreſſi, coguntur hoc flumen, ob anfractuoſos ejus meatus, ſubinde trajicere, quo videlicet faciant viæ compendium. Habitant jam in his locis Tartari paſſim & Samojedæ, pecuaria fere navicularia que ſe ſuſtentantes.

Tandem relicto Toëra, ad ingens flumen *Tababum* deveniunt, ducentis circiter leucis Vergateria diſſitum: & hinc *Tinnam* porro contendunt, oppidum populoſum, & ab iis quos ante diximus conditum. multi vero & rhedis, hiberno tempore, duodecim fere dierum ſpatio, *Iaphani Tinnam* perveniunt. atque hic magna pellium pretioſarum inter Moſcos & Tartaros Samojedaſque vigent commercia. eſtq; commodus val-

de hic locus iis, quibus non niſi ſemeſtri ſpatio decretũ eſt emanere. ſed multi ulteriora ſcrutantur, & longe trans Obby ortum & meridiem verſus contendunt.

Tinna devenitur *Tobolſca*, Siberienſium oppidorum metropolim, in qua ipſa Siberiæ, ac Moſcorum in ea ſupremi Proregis, ſedes. Deferuntur huc annuatim ab reliquis tractus totius oppidis, tam eis quam trans Obby, tributa: quæ in unum collecta, & præſidiario milite circumſepta, in Moſcoviam porro ad Imperatorem perferuntur. Severiſſime quoque hic dicitur jus, & tenentur quotquot ſunt in Samojedia Siberiaque Gubernatores huic uni parere. Vigent præterea rerum è Moſcovia advectarum in hac urbe commercia. confluentibus eo è tractu auſtrali & ab extrema fere Tartaria Tartaris, aliarumque nationum hominibus, qui, quò longius pervagatur regionum iſtarũ fama, eò frequentiores concurrunt. Vnde magna profecto redit ad Moſcos utilitas, qui tam placide ſubjugarunt has gentes, ut nihil ipſis nunc metuendum ſit, adeo eas ſibi habent addictas. Exſtructa ſunt inſuper paſſim templa & ædes ſacræ, in quibus Græca exercetur religio, quæ apud Ruſſos alioſque ſeptentrionis populos in multo uſu eſt, licet variis ſuperſtitioni-

ſtitionibus depravata, utcumque ſit, nemo illic invitus ad fidem cogitur, ſed adhibentur à Ruſſis lenia quædam remedia, quibus homines illi perſuadeantur, ac lucrifiant.

Sita eſt urbs *Tobolſca* ad flumen *Irtim*, quod rapidiſſimo curſu, & ceu alter quidam Danubius, ab auſtro exortum, in Obby aquas ſuas evolvit, videturque ex eodem cum illo tractu profluere. ab altera parte fluvius *Tobol* eſt, unde urbi nómen. In hunc influit flumen *Taſſa*, quod ab aquilone, & certis illic ad oram montibus, videtur profluere. ad hujus ripam Móſci nuper oppidú condiderunt, *Pohemium* nomine, petitis è Siberia incolis habitatum, non alia quidē de cauſa, quam quod agro cingatur eximie fertili, tum & perquam amœnis ſylvis, variarum ferarum nutricibus, pantherarũ nempe, lyncium, vulpium, ſabellorum, & materarum. Diſtat vero Tobolſca Pohemium duarum vel circiter hebdomadarum ad aquilonem itinere. *Irtis* pari fere ab Tobolſca ſpacio Obby ſeſe commiſcet. atque ad ejus oſtium conditum fuit oppidum *Olſcoygorotum*; ſed poſtea, juſſu Gubernatoris Siberiæ dirutum: nulla quidem tunc addita cauſſa. quam ego tamen ſuſpicor fuiſſe nimiam frigoris vehementiam, vel quod ipſum

op-

ſtitionibus depravata, utcumque ſit, nemo illic invitus ad fidem cogitur, ſed adhibentur à Ruſſis lenia quædam remedia, quibus homines illi perſuadeantur, ac lucrifiant.

Sita eſt urbs *Toboſca* ad flumen *Yrtim*, quod rapidiſſimo curſu, & ceu alter quidam Danubius, ab auſtro exortum, in Obby aquas ſuas evolvit, videturque ex eodem cum illo tractu profluere. ab altera parte fluvius *Tobol* eſt, unde urbi nomen. In hunc influit flumen *Taſſa*, quod ab aquilone, & certis illic ad oram montibus, videtur profluere. ad hujus ripam Moſci nuper oppidũ condiderunt, *Pohemium* nomine, petitis è Siberia incolis habitatum, non alia quidẽ de cauſa, quam quod agro cingatur eximie fertili, tum & perquam amœnis ſylvis, variarum ferarum nutricibus, pantherarũ nempe, lyncium, vulpium, ſabellorum, & materarum. Diſtat vero Tobolſca Pohemium duarum vel circiter hebdomadarum ad aquilonem itinere. *Yrtis* pari fere ab Tobolſca ſpacio Obby ſeſe commiſcet. atque ad ejus oſtium conditum fuit oppidum *Olſcoygorotum*; ſed poſtea, juſſu Gubernatoris Siberiæ dirutum: nulla quidem tunc addita cauſſa. quam ego tamen ſuſpicor fuiſſe nimiam frigoris vehementiam, vel quod ipſum

oppi

oppidum mari eſſet vicinius, quam ipſi vellent, metuerentq, ne quid inde ſuboriretur incommodi. quocirca in quadam Obby fluminis inſula, L plus minus ſupra dirutum illud leucis, oppidum condiderunt, cui nomen *Zergolta.*

Atque hinc adverſo flumine navigantes, contractioribus utuntur velis, ſive quod languidum ſpirent venti, ſive ob altitudiné ripę, adeo quidem, ut licet ampliſſimus paſſim ſit Oby, ſcaphas tamen in eo funibus protrahant, eodem plane quo Moſcoviæ fluvios ſuperant modo.

Ducentis ſupra Zergoltam leucis *Novinſcoiam* deveniunt, arcem tredecim abhinc annis exſtructam, quo tempore magnus Gubernator certos è Siberia homines eò dimiſerat, terras humano generi commodas atque oppidis exſtruendis idoneas indagaturos. Hanc igitur arcem tunc temporis condiderunt, & præſidio aliquo militum munierunt, tractu perquam amœno, ſalubri, tepido, fertili, & in quo maximus rara ſpecie beſtiarum & avium numerus. Arx ipſa ad euronotum ſita excrevit paullatim in civitatem. Cujus incolis fuit injunctum ut ad ulteriora tepidioraque loca pedetentim progrederentur, & candide ubique negotiarentur, obvios quoſque populos benigne humaniterque tractátes,

tes, quo latius tandem regnarent, ac Ruſſicum nomen diffunderent. quare gregatim eo profecti, & ad quadringentas in mediterranea leucas progreſſi, pulchros quidem, ſed deſertos invenerunt terrarum tractus. Cum vero decem abhinc annis, ducentas adverſo Oby leucas progreſſi, incidiſſent in regionem non minus uberé quàm amœnam, quæque & tepida admodum eſſet, & nullo plane laboraret incommodo, hyeme nimis quàm brevi, ac propemodum nulla; ſumſere hinc occaſionem in Siberiam revertendi, atque hæc in Moſkovia porro denuntiandi. Imperabat ibi tunc temporis Borius Goddenovius, qui accepto tam lęto nuntio, rem minime differendam cenſens, illico in mandatis dedit Gubernatori Siberiæ, ut quã mox curaret ibi condendam urbem. Paruit Gubernator, & exſtructa ejus juſſu eſt arx una cum aliquot domibus: adeo ut luculenta nunc urbs ſit. Cui nomen impoſitum *Tooma*, eo quod intellexerint, magnam Tartarorum multitudinem eo loci olim conſediſſe, à quibus hæc urbs ob eximiam ſitus amœnitatem id nomen acceperit. Dicebantur vero hi Tartari etiam tunc habere regem, nomine Altinum. unde factum ut condita primum urbs multos diverſo-

rum

tês, quo latius tandem regnarent, ac Ruſſicum nomen diffunderent. quare gregatim eo profecti, & ad quadringentas in mediterranea leucas progreſſi, pulchros quidem, ſed deſertos invenerunt terrarum tractus. Cum vero decem abhinc annis, ducentas adverſo Oby leucas progreſſi, incidiſſent in regionem non minus uberé quàm amœnam, quæque & tepida admodum eſſet, & nullo plane laboraret incommodo, hyeme nimis quàm brevi, ac propemodum nulla; ſumſere hinc occaſionem in Siberiam revertendi, atque hæc in Moskovia porro denuntiandi. Imperabat ibi tunc temporis Borius Goddenovius, qui accepto tam lęto nuntio, rem minime differendam cenſens, illico in mandatis dedit Gubernatori Siberiæ, ut quã mox curaret ibi condendam urbem. Paruit Gubernator, & exſtructa ejus juſſu eſt arx una cum aliquot domibus: adeo ut luculenta nunc urbs ſit. Cui nomen impoſitum *Tooma*, eo quod intellexerint, magnam Tartarorum multitudinem eo loci olim conſediſſe, à quibus hæc urbs ob eximiam ſitus amœnitatem id nomen acceperit. Dicebantur vero hi Tartari etiam tunc habere regem, nomine Altinum. unde factum ut condita primum urbs multos diverſo-
rum

rum populorum in campis illis degentium impetus ſuſtinuerit. Nunc vero tam potens eſt, ut ſucceſſu temporis videatur & hinc mediocre regnum aliquod ſurrecturum. Cæterum inter arcem hancNaxinſcoiam,urbem Toomá, atque Siberiam , Moſci multos quotidie detegunt in mediterraneis habitantes populos , quorum aliqui ſeſe *Oſtachios* nuncupant, ac cum Tartaris, Samojedis & Ruſſis in unum jam corpus coaluere, amice inter ſe negotiantes. multi apud eos ſunt Reges, Indicis fere ſimiles (de minoribus loquor, non de majoribus Indiæ regibus.) Et ut paucis abſolvam, Moſci in illo terrarum tractu tam magnos fecerunt progreſſus, ut merito nobis mirum videri debeat. Sunt præterea arces oppidaque complura inter Obby & Yrtim fluvios, eodem fere cum Tobolſca tempore condita, & jam lauta. quorum incolę Moſci, Tartari, Samojedæ, ex eorum genere quos cicures appellamus, aliorum qui prorſus barbari ſunt adſpectu. Et inter oppida primum eſt *Tara*, quo loci decem fere dierum interObby & Yrtim intercapedo eſt. *Iorgoetum*, ante XV circiter annos exſtructum. *Beſobia* & *Mangan ſoiſcoigoratum* , utraque ſupra Iorgoetum ad auſtrum poſita, ad occidentalem

lem

lem vero fluminis Obby ripam incolæ magis magiſque in dies ſtudent progredi. Cis Obby ſitæ ſunt urbes *Tobolſca*, *Siberia*, *Bereſaia*, & quædam aliæ, ad diverſos fluvios conditæ. & exſtruuntur in dies plures. trans Obby ſunt *Narim*, *Toma*, & quædam aliæ, quorum incolæ vice equorum utuntur rangiferis, vel canibus, longe celerrimis, quos cum alio piſcium genere, tùm rajis inprimis ſaginant, quod exiſtiment eo cibo vires iis augeri. *Iorgoetum*, ut ſupra dixi, in inſula fluminis Obby exſtructum eſt. Iam vero & ſupra Narim ortum verſus tendentibus flumen occurrit *Telta*; ad cujus ripam arcem ædificarunt nomine *Comgoſſcoiam*. cujus præſidiarii milites unà cum Narimenſibus, annis abhinc circiter ſeptem, à Gubernatore Siberiæ juſſi ſunt rectà ad ortum tendere, & ecquæ illic agerent ignotæ gentes, ſedulo indagare. Itaque decem vel circa hebdomadarum itinere per vaſta quædam deſerta progreſſi, multis per viam pulchris tractibus, multis ſylvis atque fluminibus occurrentibus, tandem magalia quædam in campis erecta, & unà hominum quoſdam cœtus conſpicati ſunt. ſed cum ducibus uterentur Samojedis ac Tartaris, locorū illorum gnaris,

ubi

lem vero fluminis Obby ripam incolæ magis magiſque in dies ſtudent progredi. Cis Obby ſitæ ſunt urbes *Tebolſca*, *Siberia*, *Bereſaia*, & quædam aliæ, ad diverſos fluvios conditæ. & exſtruuntur in dies plures. trans Obby ſunt *Narim*, *Toma*, & quædam aliæ, quorum incolæ vice equorum utuntur rangiferis, vel canibus, longe celerrimis, quos cum alio piſcium genere, tùm rajis inprimis ſaginant, quod exiſtiment eo cibo vires iis augeri. *Iorgoëtum*, ut ſupra dixi, in inſula fluminis Obby exſtructùm eſt. Iam vero & ſupra Narim ortum verſus tendentibus flumen occurrit *Telta*; ad cujus ripam arcem ædificarunt nomine *Comgoſſcojam*. cujus præſidiarii milites unà cum Narimenſibus, annis abhinc circiter ſeptem, à Gubernatore Siberiæ juſſi ſunt rectà ad ortum tendere, & ecquæ illic agerent ignotæ gentes, ſedulo indagare. Itaque decem vel circa hebdomadarum itinere per vaſta quædam deſerta progreſſi, multis per viam pulchris tractibus, multis ſylvis atque fluminibus occurrentibus, tandem magalia quædam in campis erecta, & unà hominum quoſdam cœtus conſpicati ſunt. ſed cum ducibus uterentur Samojedis ac Tartaris, locorũ illorum gnaris,

nihil

hiſdem à quibus illi regebantur Gubernatoribus, quos reverebantur ceu quoſdam deos. quod autem numen, & quo ritu id colant, incertum eſt, neque ſciri hactenus potuit, Moſcis negligenter nimis in hæc talia inquirentibus.

Neque mirandum deinceps, ſi fretum VVaygats obſtruatur quotannis ad aquilonem tam immenſis è glacie montibus, cum & Oby & Ieniſcæa, & innumeri præter hos, quorum nomina necdum ſciuntur, fluvii tam immanem ejus effundant vim, ut omnem pæne fidem exſuperet. Fit enim initio ſtatim veris, ut in locis mari vicinis glacies, præ incredibili ſua craſſitudine ſimul & multitudine, totas ſecum auferat ſilvas. Atque hinc adeo eſt quod ad littora freti VVeygats tanta paſſim conſpiciatur lignorum undique confluentium copia.

Suſcepere præterea ii, quos dixi, longinquum iter trans Ieniſcæam, ſed nempe recta ad ortum via; & ad auſtrum vix auſi deflectere; aſſumtis ſecum aliquot Tingoëſiis, de quibus didicerant habitare complures ad auſtrum gentes, quæ ab ipſis eſſent multum diverſæ, & quorum reges perpetua fere inter ſe gererent bella. ſed cum aliquot dies progreſſi nil profeciſſent, tandem ad ſuos reverſi ſunt. Tingoëſii tamen, prius in-

junɖo ut penitius traɖus illos luſtrarent, receperunt id ſe faɖuros, & fœdus jam antè cum Moſcis paɖum redintegrarunt. Anno inſecuto Tingoëſii emiſere nonnullos ſuorum direɖe ad orientem, qui longius aliquanto quam ante progreſſi, tandem & alium quendam invenerunt ingentem fluvium, Ieniſcæa quidem minorem, ſed pari rapiditate: cujus curſum aliquot dies ſecuti inciderunt in quoſdam homines, quos curſu antevertentes apprehenderunt, ſed eorum ſermonem non aſſequebantur, niſi quod è certis quibuſdam ſignis & vocibus barbarorum *Om Om* ſubinde ingeminantium, conjecerunt ab altera fluvii parte crebra audiri tonitrua: addebant, & hominum ſtrepitus inibi ſæpius exaudiri, & intenſo in flumen digito, *Piſida* aliquoties repetebant. unde collegerunt Tingoëſii, id fluvio nomen eſſe. vocibus vero *Om Om* divinarunt poſtea Moſci deſignari bombos nolarũ. Redeuntes dehinc Tingoëſii, aſſumſere ſecum nonnullos traɖus iſtius incolas; qui perierunt omnes in via, ſive pavore quodam id faɖum ſit, ſive aëris inſolentia. Ipſi ſane Tingoëſii mortem eorum moleſte ferebant. reverſi namque, aſſerebant, homines eſſe ingenioſos, corpore bene compaɖo, oculis parvis,

vis, facie plana, colore fuſco, & ad luteum fere vergente.

Hæc cum didiciſſent è Samojedis, ex traɖu Tingoëſiorum in Siberiam redeuntibus Moſci, magna ſtatim cupiditate correpti ſunt ulteriora ejus traɖus inveſtigandi. quare petierunt à Proprege, ſe, comitibus aliquot junɖis, eo dimitti. is vero petitioni confeſtim annuit, conceſſa ipſis & militum aliqua manu, injunɖoque ut curioſe ſingula quæque explorarent, & Tingoëſios, Samojedas ac Tartaros ſecum aſſumerent. Atque ita illi Iocc vel circiter numero trajecerunt fluvium Obby, & per Samojedarum ac Tingoëſiorum terras devenerunt ad Ieniſcæam. quo trajeɖo, perrexerunt porro ad ortum, ducibus uſi Tingoëſiis: qui non tantum anteambulonum obibant munus, ſed de commeatu quoque omnibus abunde proſpiciebant, captis mira quadam dexteritate avibus, capris, rangiferis, aliiſque id genus feris: quin & piſcium non exigua, è fluviis per viam occurrentibus, copia. Progreſſi ad flumen Piſidam, trajicere tamen non auſi ſunt, ſonitu, de quo antè acceperant, jam palam audito, quem certo judicabant, non aliud eſſe quàm æris campani mugitum. ſtante vero ab ulteriore Piſidæ ripa vento,

vis, facie plana, colore fuſco, & ad luteum fere vergente.

Hæc cum didiciſſent è Samojedis, ex tractu Tingoëſiorum in Siberiam redeuntibus Moſci, magna ſtatim cupiditate correpti ſunt ulteriora ejus tractus inveſtigandi. quare petierunt à Prorege, ſe, comitibus aliquot junctis, eo dimitti. is vero petitioni confeſtim annuit, conceſſa ipſis & militum aliqua manu, injunctoque ut curioſe ſingula quæque explorarent, & Tingoëſios, Samojedas ac Tartaros ſecum aſſumerent. Atque ita illi Iɔcc vel circiter numero trajecerunt fluvium Obby, & per Samojedarum ac Tingoëſiorum terras devenerunt ad Ieniſcæam. quo trajecto, perrexerunt porro ad ortum, ducibus uſi Tingoëſiis: qui non tantum anteambulonum obibant munus, ſed de commeatu quoque omnibus abunde proſpiciebant, captis mira quadam dexteritate avibus, capris, rangiferis, aliiſque id genus feris: quin & piſcium non exigua, è fluviis per viam occurrentibus, copia. Progreſſi ad flumen Piſidam, trajicere tamen non auſi ſunt, ſonitu, de quo antè acceperant, jam palam audito, quem certo judicabant, non aliud eſſe quàm æris campani mugitum. flante vero ab ulteriore Piſidæ ripa vento,

exaudiebant & hominum & equorum interdum ſtrepitus. vela quoque nonnonnulla, ſed paucula, conſpicati ſunt: unde conjecerunt, eſſe navigia quæ ſecundo flumine deorſum tenderent. addebant, vela fuiſſe quadrata, Indicis, ut arbitramur, ſimilia. Sed nullis plane ab ea ubi conſtiterant parte uſquam conſpectis hominibus, cum aliquamdiu illic hæſiſſent, & verno tempore comperiſſent flumen valde augeri; (quod tamen vix poteſt, ut certo narraverint; cum præalta utrimque ſit ripa:) tandem longis admodum itineribus, ac non niſi autumno, reverſi ſunt; referentes, & quidem jurati, ſeſe Aprili ac Majo menſibus admodũ delectatos fuiſſe pulcherrimo tractus illius adſpectu, & cõplures in eo vidiſſe rariores ſtirpes, flores, fructus, arbores, aves, feras. Sed enim Moſci talium minime curioſi erant; ut qui nihil captẽt quam lucrum, cætera prorſus inculti.

Quæ poſt hæc à Ruſſis in hiſce partibus geſta fuerint, non ſatis conſtat: bellis domeſticis impeditos, credibile eſt.

Influit præter hæc in fluvium Oby flumen *Toas*, profluens, ut videtur, ex locis Ieniſcææ vicinis, & vaſta quadam in iis ſylva: ex qua & alius, non procul ab illo priore, videtur oriri fluvius, Ieniſcææ itidem ſeſe commiſcens. adeo ut inde

ut inde ab Oby, aqua proficiſcantur per terram Samojedarum; &, duabus duntaxat terra confectis leucis, incurrunt in flumen *Torgalſ*, quo ſecundo deferuntur in Ieniſcæam: eſtque commoda ſane hæc via, & à Samojedis atque Tingoëſiis non ita pridem inventa. *Hæc ita haſtenus prodita ab Iſaaco Maſſa, Harlemenſi anno 1612.*

Iter à ſinu S. Nicolai ad Moſcuam.

AD Colmogrom	verſt. 100.
ad Vſtihugam	500.
ad Totmam	250.
ad Vologdam	250.

omne hoc iter 1100 verſtar. adverſo flumine Dvvina aſcenditur.

Ad Yeraslaviam	verſt. 180.
ad Roſtoviam	60.
ad Peraſlaviam	60.
ad Moſcuam metropolim	120.

terreſtri itinere 440 verſtarum.

Iter à Moſcua ad Novogrodiam magnam.

AD Ottueram	
ad Torzhokam	verſt. 180.
ad VVisnovollokum	60.
ad Novogrodam	60.
	150.

ab euro ad corum tendendo Ruſſica milliaria 450.

ut inde ab Oby,aqua proficiſcantur per terram Samojedarum; &, duabus duntaxat terra confectis leucis, incurrunt in flumen *Torgalf*, quo ſecundo deferuntur in Ieniſcæam : eſtque commoda ſane hæc via, & à Samojedis atque Tingoëſiis non ita pridem inventa. *Hæc ita hactenus prodita ab Iſaaco Maſſa, Harlemenſi anno 1612.*

Iter à ſinu S. Nicolai ad Moſcuam.

AD Colmogrom	verſt. 100.
ad Vſtihugam	500.
ad Totmam	250.
ad Vologdam	250.

omne hoc iter 1100 verſtar. adverſo flumine Dvvina aſcenditur.

Ad Yeraslaviam	verſt. 180.
ad Roſtoviam	60.
ad Peraſlaviam	60.
ad Moſcuam metropolim	120.

terreſtri itinere 440 verſtarum.

Iter à Moſcua ad Novogrodiam magnam.

AD Ottueram	verſt. 180.
ad Torzhokam	60.
ad VVisnovollokum	60.
ad Novogrodam	150.

ab euro ad corum tendendo Ruſſica milliaria 450.

Iter à Vologda ad Narvam.

Ad Belozoram	verſt. 140.
ad Batagh	80.
ad VVitergenam	40.
ad Ladiskiam	60.
ad lacum Onegam	80.
ad Oheram	90.
ad Narvam	180.
ab aquilone ad africum	verſt. 770.

Iter à mari albo ad mare Caſpium.

A S. Nicolai monaſterio ratibus uniligneis adverſo flumine Dvvina aſcenditur Vologdam uſque, verſt. 1100. iter eſt quatuordecim dierum, noctu & interdiu navigando. rates illas Ruſſi appellant *ſtroogs.* hybernis menſibus equis & rhedis hoc iter octiduo abſolvitur: æſtivis ob crebras paludes & altum cœnum invium eſt. A vologda ad Yaraſlaviam ſunt verſtæ 180: Yaraſlavia ad ripam Volgæ ſita eſt: à qua porro naviculis deſcenditur ad mare Caſpium uſque; intervallum eſt 2700 verſtarum: quod iter triginta integris diebus abſolvitur. Volga infra Yaraſlaviam, ubi minimum, patet miliare unum in latitudinem.

Iter à Moſcua metropoli ad mare Caſpium.

A Moſcua ſecundo fluvio Moſcua ad Collom ſunt xx mill. à Collom uno circiter mill. Moſcua confluit in Occam à confluente ad caſtrum Terrevetisko ſunt VIII milliaria. ad Peroſlaviam VIII mill. ad veteris Rezaniæ rudera VI milliar. ad Terrecomam XII. ad Caſſim, ad Morom XX milliar. ad Niſinovogrod & confluentem Occæ in Volgam XXV. ad Vaſilgorod XXV. ad Sabovvshare XVI. ad Svvyasko XXV. Cazan; à Cazan ad Camæ in Volgam confluentem XV. ad Perovolog. ad primum Ruſſorum præſidium, quod Tartarorum vocabulo appellant *Caravvool*, ſunt VII verſtæ. ad ſecundum Kameni Caravvool 113 verſtæ. tertium Stupino Caravvool 50 verſt. ad quartum Polooy Caravvool 110 verſt. ad quintum Keezeyur Caravvool 50. ad ſextum Ichkebre 30 verſt. ad Aſtracan 30 verſt. ad Vchoogh 60 verſt. ad inſulam Cheterabougori 40 verſt. Hic Volga ſe exonerat in mare Caſpium.

II.

Soli talique qualitates: fruges, aliaque commerciis apta.

SOlum hujus regionis ut plurimum eſt leve atque arenoſum, pro provinciarum tamen differentia multum varians. Provinciæ enim omnes

circiter mill. Moſcua confluit in Occam à confluente ad caſtrum Terrevetisko ſunt viii milliaria. ad Peroſlaviam viii mill. ad veteris Rezaniæ rudera vi milliar. ad Terrecomam xii. ad Caſſim, ad Morom xx milliar. ad Niſinovogrod & confluentem Occæ in Volgam xxv. ad Vaſilgorod xxv. ad Sabovvshare xvi. ad Svvyasko xxv. Cazan; à Cazan ad Camæ in Volgam confluentem xv. ad Perovolog. ad primum Ruſſorum præſidium, quod Tartarorum vocabulo appellant *Caravvool*, ſunt vii verſtæ. ad ſecundum Kameni Caravvool 113 verſtæ. tertium Stupino Caravvool 50 verſt. ad quartum Polooy Caravvool 120 verſt. ad quintum Keezeyur Caravvool 50. ad ſextum Ichkebre 30 verſt. ad Aſtracan 30 verſt. ad Vchoogh 60 verſt. ad inſulam Cheterabougori 40 verſt. Hic Volga ſe exonerat in mare Caſpium.

II.

Soli cælique qualitates: fruges, aliaque commerciis apta.

SOlum hujus regionis ut plurimum eſt leve atque arenoſum, pro provinciarum tamen differentia multum varians. Provinciæ enim omnes

quæ ad ſeptentrionem vergunt, quæque
ſitæ ſunt verſus ſinum S. Nicolai & Co-
lam, quæq; ad aquilonem tendunt ver-
ſus Siberiam & Samojëdarum regionem,
fere ſunt infœcundæ, tum ob nemora
& denſiſſimas ſylvas quibus horrent,
tum ob climatis extremam frigiditatem
hibernis menſibus, & æſtatis brevita-
tem. Secundum utramq; autem Volgæ
fluminis ripam inter Cazan & Aſtra-
can, licet ſolum perfœcundum ſit, agri
pene inculti jacent, & regio omnis in-
colis vacua eſt, præterquam paucis ad-
modum locis ad occidentalem ripam
ejuſdem fluminis, ubi magnus Ruſſiæ
Dux aliquot caſtella condidit, & præſi-
dia militum collocavit. Cauſa eſt, quod
vicini Tartari, qui *Crim* appellantur,
neque ipſi oppida condere volunt, va-
gæ & ambulatoriæ vitæ dediti, & pecua-
riam tantum exercentes, neque Ruſ-
ſum, cujus vires longius ab hiſce locis
diſſitæ ſunt, condere permittunt. A Vo-
logda, quæ circiter mille ſeptingentas
verſtas diſtat à S. Nicolai monaſterio, ad
Moſcuam metropolim, & à Moſcua ad
fines Tartarorum verſus meridiem, (quę
regio par pene verſtarum ſpacium oc-
cupat,) regiones omnes amœnæ ſunt
& fertiles, paſcuis juxta atque arvis di-
vites, & pluribus amnibus riguæ. Eadem
eſt

eſt telluris facies à Rezania (quod oppi-
dum à Moſcua jacet verſus eurum) ad
Novogrodam magnam, & Volosko ex-
tremum pene Ruſſici imperii oppidum
verſus corum. Nec multum diſſimilis
tellus, quæ inter Moſcuam & Smolens-
ko interjacet. Cæterum omnium ha-
rum provinciarum faciem plurimum
immutant anni tempeſtates. Nam hy-
bernis menſibus altiſſima nive tegun-
tur, maxime tamen verſus arctum. Flu-
mina omnia (etiam rapidiſſima) craſſiſ-
ſima glacie conſtringuntur, idque con-
tinuis ut plurimum quinque menſibus,
ab ingreſſu nimirum Novembris ad exi-
tum Martii. tum enim primum nives li-
queſcere incipiunt & gelu ſolvi. Aër hiſ-
ce menſibus ſupra modum eſt frigidus,
ita ut guttæ aquæ in ſublime jactæ, con-
gelentur antequam decidant: frigus au-
tem adeo penetrabile, ut multi in ipſo
foro & alii alibi in campis iter agentes
aut penitus deficiant, aut ægre mem-
bris exterioribus mutilati evadant.
Nonnumquam hyeme ſupra modum
ſæviente, lupi atque urſi catervatim
è ſylvis fame cogente erumpunt, & ob-
vios quoſque dilaniant, paganoſque
interdum in tuguriis ſuis opprimunt.
Adverſus hanc frigoris violentiam in
oppidis atque pagis, in omnibus ædibus

habent

eſt telluris facies à Rezania (quod oppidum à Moſcua jacet verſus eurum) ad Novogrodam magnam,& Volosko extremum pene Ruſſici imperii oppidum verſus eorum. Nec multum diſſimilis tellus, quæ inter Moſcuam & Smolensko interjacet. Cæterum omnium harum provinciarum faciem plurimum immutant anni tempeſtates. Nam hybernis menſibus altiſſima nive teguntur, maxime tamen verſus arctum. Flumina omnia (etiam rapidiſſima) craſſiſſima glacie conſtringuntur, idque continuis ut plurimum quinque menſibus, ab ingreſſu nimirumNovembris ad exitum Martii.tum enim primum nives liqueſcere incipiunt & gelu ſolvi. Aër hiſce menſibus ſupra modum eſt frigidus, ita ut guttæ aquæ in ſublime jactæ, congelentur antequam decidant: frigus autem adeo penetrabile, ut multi in ipſo foro & alii alibi in campis iter agentes aut penitus deficiant, aut ægre membris exterioribus mutilati evadant. Nonnumquam hyeme ſupra modum ſæviente, lupi atque urſi catervatim è ſylvis fame cogente erumpunt, & obvios quoſque dilaniant, paganoſque interdum in tuguriis ſuis opprimunt. Adverſus hanc frigoris violentiam in oppidis atque pagis, in omnibus ædibus

habent caldaria ſive ſtuvas modo ipſis peculiari factas, è ſilicibus aut petris in modum furnorum, quæ conclavia multo fumo implent. Mira ſunt & fere fidem ſuperant quę de acrimonia frigoris in hiſce partibus narrantur, quæ conſulto prætereo. Atque hæc quidem hyeme regionum conditio eſt. Vere vero ineunte tanta repente mutatio incidit, ut ſylvæ ſubito revireſcant, gramina emergant, flores emicent, ſata pullulent, aves & præſertim luſciniæ tam ſuaviter ubique concinant, ut nihil ad amœnitatem regionis addi poſſe videatur. Id autem beneficii regiones haſce à nivibus conſequi opinantur, quæ quum hyeme altiſſimæ ſint & ſolum ubique operiant, ſolum veluti veſte quadam contegunt, &, ne à frigore aduratur, fovent; vere vero ingreſſo, eædem breviſſimo tempore diſſolvuntur & liqueſcunt, ſolumque, quòd fere leve & arenoſum eſſe diximus, humorem large & quam ocyſſime imbibit, & à ſolis radiis perculſum fotumque herbas omnes quam celerrime protrudit. Porro ut frigus hybernis menſibus intenſum, ita & æſtus æſtivis menſibus Iunio, Iulio & Auguſto hic longe major quam in Anglia aut noſtris provinciis; quo fit ut fruges citius maturentur. Præterea maxima Ruſſiæ pars mul-

multis fontibus ſcatet, rivulis, lacubus, amnibuſque rigatur. Denique maximorum & altiſſimorum fluminum, quæ regionem permeant, beneficio accidit, ut Ruſſia, quæ bona ſui parte quam longiſſime ab Oceano & aliis fretis abeſſe cernitur, commerciis apta reddatur, etiam cum remotiſſimis ab illa provinciis: alia enim flumina in mare Balthicū deſcendunt, alia in oceanum ſeptentrionalem; maximum autem illorum flumen Volga etiam in mare Caſpium penetrat; ita uti cum Perſia & aliis Aſiaticis regionibus communicet, & merces omnes Aſiaticas per mediam Ruſſiam facile ad oceanum perducat.

Inter ea quæ Ruſſia producit in uſum indigenarum, primum locum poſtulant fruges: triticum nimirum, quod interdum viliſſimo pretio hic venire ſolet: ſecale, quod ſolum ante hyemem ſerunt, quum cætera farra verno tempore terræ mandent; hordeum, avena, piſa, fagopyrum, & pſnytka oryzæ ſapore admodum ſimilis. Quæ frumenta omnia tanta copia hic proveniunt, ut indigenis & vicinis nonnunquam abunde ſufficiant: quod ſi quando hic annonæ caritas accidit, id potius Nobilium fraude fit quam regionis infœcunditate. Sunt tamen in magni Ruſſiæ Ducis dominio pro-

multis fontibus ſcatet, rivulis; lacubus, amnibuſque rigatur. Denique maximorum & altiſſimorum fluminum, quæ regionem permeant, beneficio accidit, ut Ruſſia, quæ bona ſui parte quam longiſſime ab Oceano & aliis fretis abeſſe cernitur, commerciis apta reddatur, etiam cum remotiſſimis ab illa provinciis: alia enim flumina in mare Balthicũ deſcendunt, alia in oceanum ſeptentrionalem; maximum autem illorum flumen Volga etiam in mare Caſpium penetrat; ita uti cum Perſia & aliis Aſiaticis regionibus communicet, & merces omnes Aſiaticas per mediam Ruſſiam facile ad oceanum perducat.

Inter ea quæ Ruſſia producit in uſum indigenarum, primum locum poſtulant *fruges*: triticum nimirum, quod interdum viliſſimo pretio hic venire ſolet: ſecale, quod ſolum ante hyemem ſerunt, quum cætera farra verno tempore terræ mandent; hordeum, avena, piſa, fagopyrum, & pſnytka oryzæ ſapore admodum ſimilis. Quæ frumenta omnia tanta copia hic proveniunt, ut indigenis & vicinis nonnunquam abunde ſufficiant: quod ſi quando hic annonæ caritas accidit, id potius Nobilium fraude fit quam regionis infœcunditate. Sunt tamen in magni Ruſſiæ Ducis dominio

pro-

aliquot farris inopes,uti Per-
iæ quædam ſeptentrionales,
è frugibus uſum fere igno-
quum interdum illum à vici-
unt ; quarum incolæ panes è
dam, quam vocant *vaghney*,
interdum & ex interiore me-
um.

item & indigenis ſerviunt, &
is apta ſunt , hæc fere nume-

s variorum animalium , qui-
colæ contra frigoris violen-
ora ſua muniunt,& ingentem
n copiam advenis mercatori-
nt ; tam opulento commer-
ervatum ſit, nonnullis annis
piam evectam , quæ pretium
ntorûm aut quingentorum
ablarû ſuperaverit. Inter pel-
rimum locum ſibi vendicant
ſive ſabellinæ ; quas Pechora
ſubminiſtrat præſtantiſſimas;
die fœminarum luxus ingens
pretium in Europa ponit.
nt vulpes nigræ. & rubræ,
eria abundat ; atque etiam
es : caſtores : hermelinorum
ulcherrimæ : luporum , lyn-

e tanta copia, ut nonnullis
annis

annis duæ librarum myriades evectæ fuiſſe dicantur : maxima autem vis Pleſcoviæ venire ſolet, licet aliæ quoque provinciæ illa abundent.

III. Mellis item tanta, ut, licet magna illius pars ab indigenis in potu abſumatur, tamen non vulgaris copia quotannis exportetur in vicinas provincias.

IV. Sevum; quod ſuperiori ſeculo ad quatuor librarum myriades evectum fuiſſe memorant, licet hodie vix quarta pars evehatur: maximam illius copiam mittit Ieroſlavia & Vologda, aliæque provinciæ.

V. Taurorum & bubalorum tergora; quorum ſuperioribus annis ad centum millia exportata volunt; hodieque non minorem, ſi non majorem numerum, exportari.

VI. Oleum ex phocarum arvina coctum.

VII. Ickary ſive caveary; cujus magna copia ad Volgæ ripam conficitur ex ovis piſcium, bellouginæ puta, ſturionis, ſeverigæ, & aliorum; & in alias regiones, præſertim in Italiam, vehitur, opulento ſatis commercio.

VIII. Linum & cannabum. Illud quidem Volsko provincia cum vicinis regionibus; hoc Smolensko, Dorogoboſe & Vathma, magna copia & ſingulari

boni-

annis duæ librarum myriades evectæ fuiſſe dicantur: maxima autem vis Pleſcoviæ venire ſolet, licet aliæ quoque provinciæ illa abundent.

III. Mellis item tanta, ut, licet magna illius pars ab indigenis in potu abſumatur, tamen non vulgaris copia quotannis exportetur in vicinas provincias.

IV. Sevum; quod ſuperiori ſeculo ad quatuor librarum myriades evectum fuiſſe memorant, licet hodie vix quarta pars evehatur: maximam illius copiam mittit Ieroſlavia & Vologda, aliæque provinciæ.

V. Taurorum & bubalorum tergora; quorum ſuperioribus annis ad centum millia exportata volunt; hodieque non minorem, ſi non majorem numerum, exportari.

VI. Oleum ex phocarum arvina coctum.

VII. Ickary ſive caveary; cujus magna copia ad Volgæ ripam conficitur ex ovis piſcium, bellouginæ puta, ſturionis, ſeverigæ, & aliorum; & in alias regiones, præſertim in Italiam, vehitur, opulento ſatis commercio.

VIII. Linum & cannabum. Illud quidem Volsko provincia cum vicinis regionibus; hoc Smolensko, Dorogoboſe & Vathma, magna copia & ſingulari boni-

producunt. Exigua autem co-
, prout olim, evectatur, partim
rum deſidiam, potiſſimum au-
xportandi difficultatem & ni-
turæ ſumtus.
l; cujus magna vis Starræ Ruſ-
i è ſalſis ſcaturiginibus cogitur;
racan oppidum autem à mari-
bus ejicitur in littus.
x; cujus immenſa copia in pro-
nolensko & Dvvina ex abieti-
ceis eliquatur.
provincia Corelia & ad ripam
verſus oceanum arctoum, è ru-
tur *ſlude*, ut vocant, quæ vitri
eſtat, & in lanternis vulgo ho-
atur, vitri Ruſſici nomine.
errum, nam cæterorum metal-
re infœcunda eſt Ruſſia.

III.

genio & moribus incolarum.

:is omnis Moſcoviticæ major
vitus eſt quam libertas; cujus
egregium executorem Princi-
prium habent. Omnes enim
cujuſcunque conditionis ſint,
pectu perſonarum habito, du-
rvitute premuntur. Nobiles,
magna-

magnates, præfecti, primores, conſiliariique univerſi, ſe *chlopos*, id eſt, abjectiſſimos & viliſſimos ſervos Magni Ducis fatentur, & bona ſua omnia mobilia & immobilia, quæ poſſident, non ſua ſed Principis eſſe agnoſcunt. Vt autem equeſtris ordo à Magno Duce, ita etiam plebeius ordo à Nobilibus & Magnatibus graviſſime premitur. Colonorum enim & oppidanorum bona, militarium hominum & Nobilium prædæ expoſita ſunt, & per contemtum nigri homines & Chriſtiani communiter appellantur. Sex dies coloni in ſeptimana dominis ſuis laborant; ſeptimus dies privato labori conceditur. Neque hi ſtrenue laborant, niſi bene verberati. Habent autem certos agros à dominis ſuis ſibi attributos, ex quibus vitam tolerant, & tributa annua ſolvunt. Artifices & mechanici ſecundum præſcriptum parvo laborem ſuum vendunt. Quumque annonæ caritas in pretium concedit, tunc artifices exiliori tenuiorique in pretio ſunt, adeo ut vix panem ipſum pro labore unius diei, quamvis ſtrenuo, poſſint acquirere. Oppidani quoque & mercatores gravibus & intolerabilibus tributis & exactionibus onerantur. Quod ſi Princeps aliquem mercatorem argenti aut auri paulo ditiorem à delatoribus (quo-

magnates, præfecti, primores, conſiliariique univerſi, ſe *chlopos*, id eſt, abjectiſſimos & viliſſimos ſervos Magni Ducis fatentur, & bona ſua omnia mobilia & immobilia, quæ poſſident, non ſua ſed Principis eſſe agnoſcunt. Vt autem equeſtris ordo à Magno Duce, ita etiam plebeius ordo à Nobilibus & Magnatibus graviſſime premitur. Colonorum enim & oppidanorum bona, militarium hominum & Nobilium prædæ expoſita ſunt, & per contemtum nigri homines & Chriſtiani communiter appellantur. Sex dies coloni in ſeptimana dominis ſuis laborant; ſeptimus dies privato labori conceditur. Neque hi ſtrenue laborant, niſi bene verberati. Habent autem certos agros à dominis ſuis ſibi attributos, ex quibus vitam tolerant, & tributa annua ſolvunt. Artifices & mechanici ſecundum præſcriptum parvo laborem ſuum vendunt. Quumque annonæ caritas in pretium concedit, tunc artifices exiliori tenuiorique in pretio ſunt, adeo ut vix panem ipſum pro labore unius diei, quamvis ſtrenuo, poſſint acquire-re. Oppidani quoque & mercatores gravibus & intolerabilibus tributis & exactionibus onerantur. Quod ſi Princeps aliquem mercatorem argenti aut auri paulo ditiorem à delatoribus (quo-

rum plena eſt aula) reſciverit, hunc ſibi repræſentari imperat: & crimine, licet falſo & commentitio, onerato dicit; Delatum eſt ad nos tuum, ſceleſte, facinus; ideo ut criminoſus punieris. Si autem accuſatus ſe innocentem obteſtetur; tunc princeps reſpondere ſolet; Animæ teſtium, qui te accuſaverunt, hoc ſciant; Mea vero nihil refert. Confeſtim ergo juſſu principis arripitur, & tandiu verberatur, donec præſcriptam ſummam monetæ argenteæ principi annumeret. Quæ ab authoribus idoneis relata, prætermittere noluimus, licet non eſſe perpetua, aut quibuſvis principibus uſitata, credamus. Eſt præterea mos apud ipſos receptus, omnes debitores qui æs alienum conflaverunt cui ſolvendo minime ſint, ex legis præſcripto in locum publicum ad id deſtinatum rapere, ibique à ſervis prætorianis flagris baculiſque ſuras & crura miſerorum ſine ulla miſericordia cædi, donec creditoribus ſuis, undecunque tandem accipiant, quomodocunque ſatisfaciant, aut, ſi nullatenus id poſſint, tunc creditoribus ſuis ita verberibus ſubacti certum tempus ſecundum debiti modum ſervire coguntur. In hunc itidem locum omnes accuſati coram Principe per contumeliam ducuntur, &, ſi ditiores fuerint,

cujuſ-

cujuſcunque conditionis, tantiſper verberantur, donec mulctam imperatam, licet indebitam, principi ſolvant.

Omnes communiter ſervos aut nexos aut captivos habere ſolent; quos morituri frequenter manumittunt: illi tamen ſervituti aſſueti aliis dominis in ſervitutem ſeſe dedunt, aut pecunia accepta ſe mancipant. Liberi etiam, qui dominis certa mercede ſerviunt, non poſſunt, quando lubet, à dominis ſe abdicare. Si enim quis abſque domini voluntate abierit, ab alio in famulatum non aſſumitur, niſi fuerit à priore domino vel ab illius amicis, qui pro fidelitate illius ſpondeant, commendatus.

Pater quoq; poteſtatem habet filium quater vendendi, ita ut ſemel venditum quocunque tandem modo liberatum vel manumiſſum à domino, iterum atque iterum jure paterno poſſit vendere; poſt quartam autem venditionem nihil amplius juris in illum habet.

Mulierum conditio miſerrima eſt; nulla enim honeſta & pudica creditur, niſi domi concluſa vivat, adeo ut nuſquam prodeat. Domi autem manentes fila nent, telam texunt; neque quicquam authoritatis in ædibus uſurpant.

à ma-

cujuſcunque conditionis, tantiſper verberantur, donec mulctam imperatam, licet indebitam, principi ſolvant.

Omnes communiter ſervos aut nexos aut captivos habere ſolent; quos morituri frequenter manumittunt: illi tamen ſervituti aſſueti aliis dominis in ſervitutem ſeſe dedunt, aut pecunia accepta ſe mancipant. Liberi etiam, qui dominis certa mercede ſerviunt, non poſſunt, quando lubet, à dominis ſe abdicare. Si enim quis abſque domini voluntate abierit, ab alio in famulatum non aſſumitur, niſi fuerit à priore domino vel ab illius amicis, qui pro fidelitate illius ſpondeant, commendatus.

Pater quoq; poteſtatem habet filium quater vendendi, ita ut ſemel venditum quocunque tandem modo liberatum vel manumiſſum à domino, iterum atque iterum jure paterno poſſit vendere; poſt quartam autem venditionem nihil amplius juris in illum habet.

Mulierum conditio miſerrima eſt; nulla enim honeſta & pudica creditur, niſi domi concluſa vivat, adeo ut nuſquam prodeat. Domi autem manentes fila nent, telam texunt; neque quicquam authoritatis in ædibus uſurpant.

à maritis bene verberatæ, raro conqueruntur, ſed amoris id indicium vocant. *Hæc à Guagnino prodita accepimus.*

Ruſſi ut plurimum vaſto ſunt corpore & obeſiore: quippe qui mole corporis aliis præcellere inprimis decorum putent. Ingenio ſunt tardo juxta atq; bardo; quod partim climatis vitio fieri autumant, partim victus quotidiani cruditate: nam ut plurimum radicibus, allio, cepis, braſſica, aliiſque cibis craſſi nutrimenti utuntur, qui craſſiores humores in ipſis generant. Præterea multo cibo ſe infarciunt; & large ipſo prandii initio hauriunt aquam vitæ, ut vocant, aut alium potum medicatum; ſtatimque poſt cibum ſumtum ſomno meridiano indulgent; nullumque vitium ipſis familiarius quam ebrietas. Opulentiores medone utuntur: tenuiores *quaſſe*, qui potus nihil aliud eſt quam aqua modico furfure vitiata: egeni tantum aquam uſurpant.

Plurimum utuntur thermis & caldariis; ita ut ne æſtivis quidem menſibus ab illis abhorreant. Extremum autem frigus extra & intenſus calor intra ædes, una cum diæta illa quam indicavimus, & illorum ingenia obſtupefacit, & cutem obfuſcat, & cuticulam facit dehiſcere, inſigni dehoneſtamento; idque

magis adhuc in fœminis quam in viris, utpote quæ magis circa focum occupentur. unde nihil hiſce familiarius quam fuco faciem incruſtare, ut vitium hoc tegant. Nec probrum hic putatur pictam & fucatam eſſe, maritis ultro ſumtum præbentibus.

Amiciunt ſe Ruſſi ad Græcorum pene modum; ita tamen ut ſinguli pene ordines ſuum peculiarem amictum habeant. Nobiles, qui cæſariem ad cutem ipſam deradere ſolent, (niſi quum principem offenderunt aut indignationem illius metuunt; tunc enim & comam alunt, & ad humeros uſque promittunt, facieṁque eo operiunt horrendum in modum) primo verticem capitis tegunt exiguo caputio, (*taſſia* ipſis dicitur,) auro & gemmis precioſis intertexto; huic aliud majus & Turcici in modum erectum ſuperimponunt, nigræ vulpeculæ pelle munitum; (has quippe pelles maximi faciunt, & magno precio redimunt.) Collo nudo circumdant collare tres interdum tranſverſos pollices latum, unionibus aut aliis gemmis reſplendens. Induſio lineo primo ſuperinduunt veſtem, quam *ſhepon* vocant; quæ eſt tunica ſericea auro & gemmis diſtincta, (æſtate quippe intra penates hanc ſolam geſtant) ab humeris

ad genua promiſſa , & nodis antica parte clauſa. Huic rurſus ſuperinduunt ſtrictiorem tunicam, nodis itidem concluſam, & cingulo Perſico ſupra lumbos conſtrictam , cui cultellos & cochleare appendunt. Ea tunica plerumque eſt è pretioſiſſimo panno , & propendet ad talos uſque , & appellatur eis *caſtan.* Illi porro laxum indumentum ſuperaddunt, quod vocant *ferris*, è ſerico , cum prætexta aurea aut argentea: itemque alterum manicatum, quod vocant *alkaben* , è ſubtili itidem panno, uti cætera , & ad talos uſque propendens, cum collari phrygiato. Quibus omnibus , quum foras prodeunt , ſuperinjiciunt pallium, *honoratky* ipſis,factum pene ad *alkabenis* modum, ſed carens collari. Caligas cruribus aptant à corio Perſico , quod vocant *ſaphian:* quibus adjiciunt ſoccos è panno ſerico , auro intexto. Atque ita amicti equo vehuntur vel ad proximas ædes. Optimatum (quos *Boyoreski* vocant) amictus à ſuperiore non multum differt, niſi ſplendore & pretio. Nobilium fœminarum(quas vocant *ChynaBoyarſhena)* veſtitus ita ſe habet: Caput tegunt velo ſericeo , plerumque rubri coloris. Cui addunt frontale è ſerico albo; *obroſan* appellant. his ſuperinduunt capu-

caputium è panno aureo phrygiato (*ſhapka Zempſka* illis,) cum limbo è pretioſis pellibus, unionibus & gemmis reſplendens. Supremum corporis indumentum eſt *opoſhen*; laxa tunica cum manicis ad ſolum uſque pendulis & antica parte grandioribus, nodis aureis aut inauratis connexa. A tergo addunt cucullum è pretioſis pellibus, qui pene ſcapulas illarum tegit. Sub qua tunica geſtant & alteram, *leitnick* illis, cum laxis manicis ad cubitum uſque reductis, è pretioſiſſimo panno; & ſub hac tertiam, *ferris Zempskoy*, ad talos uſque demiſſam. Armillas itidem geſtant aureas & gemmis diſtinctas; ſoccos denique ex albo, flavo aut cyaneo corio, margaritis variato.

Vulgarium amictus vilis eſt. Mares hyeme quidem ſubuculę è pellibus agninis, aliisve, quam *ſhube* dicunt, ſuperinduunt tunicam laxam ad talos uſque demiſſam, è vili panno albo aut cyaneo: caput furrato caputio, crura ſoccis muniunt: æſtate nihil præter induſia & ſoccos uſurpant. Fœminæ item hibernis menſibus ſubuculam ejuſmodi & togam rubram aut cyaneam induunt; æſtate bina ut plurimum induſia tantum, ſive domi deſideant ſive prodeant in publicum. Sine inauribus ex argento

aut alio metallo vix ullam fœminam aut virginem videre eſt. Capita caputiis & ſerico velant.

Cæterum quemadmodum plebeii à nobilibus ſervilem in modum habentur; ita etiam infimæ ſortis homines, quos *Chriſtiânos* vocant, quum licet aut poſſunt, crudeliſſime in æquales ſuos aut inferiores graſſantur. Vnde rapinis & homicidiis plena ſunt omnia: nam ſe invicem trucidare pene ludum ducunt; nec ullum crudelitati ponunt modum; adeo ut fidem ſuperent quæ atrociſſime hic vulgo perpetrentur ab iis qui Chriſtiani audire volunt.

Mendicorum numerus infinitus eſt, quorum tanta eſt egeſtas, ut fame pene enecti, vulgo uſurpent; *Da quod manducem, & trucida me.*

Merito porro ambigitur, utrum major ſit eorum ſævitia, an luxuria & improbitas: nam ſcortationes, adulteria & ejuſmodi facinora, omnem ſuperant modum; quum vix pœna ulla legibus conſtituta ſit in ita delinquentes. Quibus vitiis accedit falſiloquium, quod ipſis tam familiare eſt ut jure dicatur vulgo, Ruſſum nec facilè cuiquam fidem habere, neque fide dignum eſſe. Quibus ipſorum vitiis haud fruſtra factum creditur, quod ipſorum conſuetu-

dine Tartari ad fidem Chriſtianam non convertantur, dum gentis vitia religioni imputant.

Matrimoniorum ratio à cæteris nationibus non parum abludit. maribus enim puellas quas ambiunt, videre aut alloqui ipſis inſuetum; per matres aut anum aliquam procantur. Vbi autem inter parentes, aut eos qui in parentum ſunt loco utriuſque partis, convenerit, (nam ſine conſenſu parentum etiam hic connubia illegitima judicantur,) primo inter ſe deliberant quam ſummam puella ad ſponſum delatura ſit. quæ pro parentum opulentia interdum grandior eſt; nam ipſorum moribus inſolens eſt ſponſum quicquam dotis nomine repromittere. verum marito decedente, nullis liberis è conjugio natis, vidua tantum recipit quantum attulerit, ſi modo maritus tantum in bonis relinquat; ſi vero liberos ex illo ſuſceperit, tertiam partem bonorum capit, aut amplius, è voluntate decedentis. Dotales dein tabulas ut ita dicam conficiunt, in quibus puellæ parentes aut conſanguinei fide jubent puellam eſſe incorruptam;(è quo contractu plurimæ lites naſci ſolent, ſi vel modica poſtea maritum ſuſpicio cœperit illam antè fuiſſe vitiatam.) Hiſce confectis, ſpo

primo munus aliquod ſponſo mittit, & ille viciſſim ſponſæ. neque tamen adhuc mutuo conſpicere aut alloqui permittuntur. Veſpera autem, quæ nuptiarum ſolennia præcedit, ſponſa à matre & aliis matronis collimago, id eſt, veredo aut rheda, ſi hyems ſit, ad ſponſi ædes perducitur, cum nuptialibus indumentis, & thoro conjugali eleganter parato; ibidemque noctu ab iiſdem cuſtoditur, ita ut à ſponſo videri non poſſit. Vbi jam dies nuptiarum illuxit, ſponſa velo lineo tecta à vertice capitis ad lumbos uſque à parentibus & amicis ſuis ad templum deducitur, & ſponſus item à ſuis. (vehuntur autem equis, licet templum proximum ſit, & ipſi tenuioris fortunæ.) Cæremoniæ & verba quæ ſacerdos uſurpat à cæterorum Chriſtianorum conſuetudine nihil pene differunt: annulo quoque fides firmatur, manuque ſponſæ in ſponſi manum tradita. Quibus abſolutis, ſponſa accidit ad pedes ſponſi, & caput calceis illius illidit, in ſignum ſubjectionis; & ſponſus viciſſim tunica ſua illam operit, ut teſtetur, ſe tutelam illius ſuſcipere. Tum cognati & amici utrimque ſponſo ſponſæque ſeſe inclinant, ut mutuum in futurũ obſequium & amicitiam voveant. denique à ſponſi patre panis ſacer-

ſacerdoti traditur;qui illum quantocius tradit in manũ patris ſponſæ, obteſtans illum, ut die conſtituto dotem promiſſam ſponſo annumeret, & deinceps amicitiam cum ipſo & amicis illius inviolatam conſervet: pater autem ſponſæ panem in plures partes frangit, & ſingulas partes diſtribuit inter præſentes conſanguineos & affines, ut deinceps in unum veluti panem coaleſcant. Finitis hiſce ceremoniis, ſponſus ſponſam manu ducit ad templi veſtibulum, & cyathum plenum medone illi propinat; illa cyathum acceptum ſub velo libat. atque ita cum ſuis quique amicis ad parentum ædes reducuntur: ubi ſub ingreſſum farre aſperguntur, in omen fœcunditatis & opulentiæ. Sub veſperam ſponſa rurſus ducitur ad ædes ſponſi, velata uti ante: & illa nocte nec vocem edere à matre docetur, ne ſponſus illam audiat aut videat ante craſtinum: tribus quoque ſequentibus diebus in nuptiali ſympoſio, verba niſi pauca, eaque pene ex præſcripto, & cum ſumma ſponſi reverentia loquitur: nam ſecus facere inprimis indecorum putant. Quarto demum die novi nupti ad propria concedunt, & amicis omnibus dant epulum. Toto nuptiarum tempore ſponſus *moloday kneez*, id eſt

juvenis dux, appellatur, & ſponſa *molo-doday knezay.*

In mortuis ſuis ſepeliendis multas ce-remonias adhibent, ſuperſtitioſas juxta atq; profanas; nam intra ſarcophagum abdunt literas commendatitias ad S. Ni-colaum, quem cœli janitorem opinan-tur, haud ſecus quam Romanenſes S. Pe-trum. Hyeme autem quum tellus gelu ita obduruit, ut ſcrobes effodi nequeant, cadavera omnia in domum publicam (*boshedom*, id eſt, dei ædem, vocant) abdunt; ubi gelu conſtringuntur: vere autem ineunte, & ſoluta glacie, ſinguli ſuorum cadavera repetunt; quæ cum ſuis veſtimentis terræ mandant. Præter orationes pro defunctis, poſtquam jam cadavera terræ ſunt mandata, ante ſe-pulturam adhibent fœminas, quæ ma-gno ululatu planctum faciunt, & mor-tuos magnis vociferationibus interro-gant ethnicorum more, cur ipſis mo-riendum fuerit, & ſimilia: ut minus mirari liceat, ejuſmodi planctus à Bra-ſilianis & aliis barbaris celebrari. *Hæc fe-re è Legati Anglici commentario hauſta.*

Mores denique gentis in Icone ani-morum ita exprimit *Ioann. Barclaius:*

Servituti gens nata, ad omne liber-tatis veſtigium ferox eſt; placida ſi pre-matur. Neque abnuunt jugum. Vltro faten-

fatentur Principi ſe ſervire; illi in ſuas opes, in corpora, vitamque jus eſſe. Sordidioris reverentiæ humilitas Turcis non eſt in ſuorum Ottomanorum ſceptrum. Cæteras quoque gentes ex ſuo genio æſtimant. Hoſpites, ſive forte, ſive conſilio, in Moſcoviam advectos, in idem jugum damnant, & ſervire ſuo Principi volunt; ſi quos furtim abeuntes retraxerint, ut fugitivos plectunt. Magnatibus, licet ipſi ſerviunt, in minores ſuus faſtus eſt; & vulgus horum maxime ſupercilium timet.

Fertur populus adeo literarum rudis eſſe, ut pauci inter illos vulgatiſſimas preces memoria teneant, quibus Numen propitiamus. Bello quam ocio aptiores; & plerumque in armis ſunt; ſive quo Tartarorum impetum frangant, ſive alio limite Polonos laceſſunt, repelluntve: Iſta quoque ætate civilibus odiis inter ſe certaverunt. Acies illis ex equitibus tota. pedite ideo vix utuntur, quod omnium bellorum momenta in celeritate conſtituunt; magno impetu vel impreſſionem adorti vel fugam. Sed ubi pavere incœperunt ad deſperationem quoque vertuntur. Adeo ut ex prælio fugientes, ſi aſſequitur hoſtis, nihil auſi repugnare, ita ſe victoribus dedant, ut nec mortem deprecentur.

Caſtigandis furtis remiſſi ſunt: tamen prædones ultimo ſupplicio ulciſcuntur. Gens eſt cauta, nectendisque fraudibus apta; Neque ignorant ideo mercatoribus ſe ſuſpectos, quos ut placabiliores habeant, interdum in mutuis commerciis aliam patriam ſibi fingunt. Perpotandi ſtudium acre eſt.& præter patrios potus ne quidem advecta vina deſunt.

Vxoribus longa captivitas, quas domi ſerio continent, dignas quoque majoribus malis; adeo ſervilibus ſupra fidem ingeniis demiſſas eſſe ajunt. Virorum in ſe benevolentiam ex verberum numero æſtimant; nunquam melius ſuo judicio habitæ quam cum in ſæva ingenia inciderunt, Quidam è Germania in Moſcoviam migraverat, vir è plebe, &, ſi nomen in tantilla re placet, Iordanes dicebatur. Hæſit ergo in illa regione; & cum ſibi eæ ſedes placerent, inde etiam duxit uxorem. Hanc cum charam haberet, omnibusque officiis mutuam gratiam affectaret, illa dejectis luminibus mœſta, crebro in ſingultibus & ceteris mœrentis animi indiciis erat. Viro denique ſciſcitanti mœſtitiæ cauſam; ſe enim nullis quod ſciret amicitiæ muneribus defuiſſe: Quid tu, inquit mulier, tam egregie fingis amorem? Num putas latere me quàm tibi vilis

ſim ? ſimulque largos gemitus cœpit effundere. Ille attonitus, in amplexus mœrentem recepit, rogare perſeverans, nunquid eam offendiſſet. peccaviſſe ſe forſitan, ſed culpam emendatione deleturum. Ad hæc illa; Ubi autem ſunt verbera, inquit, quibus te amare docuiſti ? hoc certe potiſſimum pacto, maritorum in uxores apud nos benevolentia & cura ſancitur. Hoc à Iordane audito, primum ſtupor continuit riſum; mox utroque vaneſcente, è re ſua eſſe putavit, ut uxorem eo modo haberet, quem ipſa præſcripſerat: nec multo poſt arripuit cædendæ mulieris cauſam, & illa fuſtibus mitigata, tum primum bona fide amare & colere virum cœpit. Nec tenuit ille modum; ſed jam ferior quam miſera conjux optaſſet, ad extremum grandi ictu dicitur hujus etiam crura & cervicem afflixiſſe.

IV.

Regimen politicum & civile.

RUſſici principis regimen fere ſe habet ad Turcici imperii modum, cujus principia politica ſtudioſe videtur imitari. Nam primum omnia ſibi vindicat, & non modo vulgus, ſed & nobilitatem duro ſervitio premit, &

popu-

populum gravibus tributis exhaurit: præterquam quod nobilitati aliquam libertatis ſpeciem indulget, ad tenuiores, ubicunque nobiles ipſius beneficio terras poſſident, acrius opprimendos: & plebi quoque libertatis aliquam quaſi larvam relinquit, qua ipſis licet terras ſuas teſtamento liberis ſuis tranſcribere.

Principale regimen conſiſtit in legibus ferendis & abrogandis, publicis magiſtratibus creandis, bello gerendo, aut pace ſive induciis paciſcendis, fœderibus quoq; cum exteris principibus & rebuspubl. faciendis; pœnis corporalibus infligendis aut condonandis; denique in omnibus civilibus & criminalibus judiciis. Princeps & Senatus illius plane abſoluta utitur poteſtate: ita ut non modo ſupremus ſit legiſlator, ſed & executor. Nam leges omnes ſine ullo publico parlamento prævio promulgat. In quibus examinandis præter privatos conſiliarios, nullos adhibet præter paucos epiſcopos, abbates atque eccleſiaſticos; ut melius ſuperſtitioſo vulgo imponat, cui nihil ſacrum & rectum videtur niſi cui ipſorum ſacerdotes affuerint, nihil durum putatur cui illi conſenſerint. Itaque Principes Eccleſiaſticos homines multis immunitatibus & honoribus cumulant, gnari, nullum firmius vinculum

culum eſſe tyrannicæ dominationis, quàm ſuperſtitionem vulgi & rituum receptorum pertinacem obſervantiam. Deinde nullum eſt munus publicum quantævis dignationis, quod hic hæreditarium ſit, quod non immediate & abſolute à Principe conferatur; adeo ut ne ſcribarū quidem, quos *dyaks* vocant, & in ſingulis præcipuis oppidis habent, munus præterquam ab ipſo Principe cuiquam mandetur. Tertio judices omnes, qui jurisdictionem in cauſis civilibus & præſertim in criminalibus exercent, ab eodem ad libitum conſtituuntur; nec munia hæc aut ad hæredes transmittunt, aut ad vitam peculiari Principis decreto obtinent. Iidem ita timide & circumſpecte in eo munere verſantur, ut nullam cauſam alicujus momenti per ſe determinare audeant, niſi prius ad ſupremum Senatum & aulam Principis retulerint. Superiori autem ſeculo Ioannes Baſilides, ut ſupremam hanc vitæ necisque poteſtatem oſtentaret, ita tyrannice eadem eſt abuſus, ut quocunque procederet, ſi quem aut liberius ſe intuentem aut alioquin ſibi diſplicentem offendiſſet, ſtatim capite plecti, & miſeri caput ante pedes ſuos projici mandaret. Idem & Nobilibus nonnullis, qui in certis provinciis

avitam tuebantur libertatem, & abſolutam hactenus in provinciis ſuis obtinuerant judicandi poteſtatem, penitus omnem jus dicendi ademit licentiam. Quarto ad ſolũ Principem omnes cauſæ per appellationem deferuntur; ſolus damnatis veniam indulget. Licet ſub Theodoro, in quo ſtirps principalis defecit, etiam imperatrix, ut vocant, hanc indulgendi poteſtaté uſurpaverit; quod magis Principis ignavia quam veteri conſuetudine aut jure fuit toleratum.

De ſupremo Principatus conventu.

SVpremus Principatus Ruſſici conventus *Zabore* ipſis dicitur. Intereſſe ſolent primo Imperator ipſe; ſecundo Nobiles ut plurimum viceni, qui privatum illius conſilium conſtituunt; tertio nonnulli ex eccleſiaſtico ordine, & fere pari numero: plebeiis nullus hic locus, quos mancipiorum loco habent, & obediendi neceſſitatem impoſitam putant, nullam autem ſinunt habere deliberandi libertatem. Conventus hic celebratur in hunc modum: Imperator citat Nobiles, qui ſunt de privato illius conſilio: itemque Patriarcham; qui dein advocat Metropolitanos duos, totidemque archiepiſcopos, & epiſcopos, qui inter illos dignatione præcellunt, abbates item atque monachos. Hi ubi ad

ad aulam venerint, ſeſſionis dies à Principe decernitur, qui plerumque eſt Veneris, ob diei illius apud ipſos celebritatem & religionem. Vbi dies hic illuxit, Eccleſiaſtici primi locum publicum, qui *ſtollie* ipſis dicitur, ingrediuntur: dein, Principe cum ſuis proceribus adventante, Patriarcha cum clero ipſi obviam egreditur, ipſi benedicit, duobus primoribus digitis ſuis Principis fronti & genis admotis, & dextrum pectoris latus deoſculando. Tum atrium ſimul ingrediuntur, & ſuo quique ordine conſident, in hunc modum: Princeps thronum occupat; & juxta illum quadratæ menſæ (quæ duodecim circiter perſonarum capax eſt) aſſident Patriarcha & præcipui è nobilitate & clero, cum duobus ſcribis, (*dumnoy dyacks* vocant;) reliqui in ſedilibus ſecundum dignitatis gradus in ambitu atrii locum ſortiuntur. Vbi omnes conſederunt, unus ſcribarum recitat id de quo deliberandum fuerit. Tum Patriarcha & reliqui eccleſiaſtici primo rogantur quid ipſis de re propoſita videatur: qui jam ante parati ut plurimum uno eodemque modo reſpondent: Principem illiusque conſiliarios ea eſſe prudentia & rerum gerendarum uſu atq; experientia, ut ipſi melius judi-

care poſſint quid reipubl. utile ſit quam ſe ſacris tantum operantes & religioni intentos: itaque pergat in determinando; ſe, quod ſit officii ſui, precibus & votis auxiliaturos. His à pleriſq; dictis, monachus aliquis ad hanc ſcenam paratus, Principem rogat, ut planius ſuam de re propoſita mentem exponere dignetur. Tum Scriba Principis nomine reſpondet; celſitudini illius, & nobilibus conſiliariis, rem propoſitam utilem & neceſſariam reipubl. videri: nihilo tamen ſecius, quia ipſi, quid rectum pravumve ſit, optime poſſint diſcernere, ab ipſis obnixe contendere ut ſententiam ſuam libere proponant: & ſi rei propoſitæ conſentiant, ſuum calculum adjiciant, quo res plene poſſit determinari. Illi autem nihil cunctati rem propoſitam probant, & benedictione Principi impertita cum venia illius diſcedunt. Princeps autem Patriarcham ad exterius atrium deducit; dein rurſus conſidet, donec pompa ſit parata qua ipſe domum reducitur. Actis denique à ſcribis confectis, eadem in omnibus provinciis & oppidis per Duces aut Scribas promulgantur. Conventuque abſoluto Patriarcha & cæteri eccleſiaſtici ſolemni epulo à Principe excipiuntur, & ſua quique loca repetunt.

Digni-

Dignitatum gradus & ordines populi.

DIgnitatum gradus poſt Principem hi fere ſunt:

1. Nobiles; qui quatuor ſunt generum. 1. Principes; qui *Vdelney Kazey*, id eſt, exemti & privilegiati Duces appellantur. quorum poteſtas primum à Principibus Ruſſiæ multum imminuta, ad extremum à Ioanne Baſilide penitus ſublata fuit; ita ut nunc non minus quam cæteri ſervitutem ſerviant, quum antea libere in ſuis quique territoriis, ad Germanorum Principum modum, imperitarent. 2. *Bojarens*: nimirum illi quos Princeps præter nobilitatis titulum, conſiliariorum munere dignatur. 3. *Vayvodæ*; qui militares copias Imperatoris Ruſſici auſpiciis duxerunt; nam id nomẽ cum præcipua dignatione poſt præcedentes nobilium ordines, etiam ad liberos & nepotes transmittitur. Hi tres nobilium ordines tanquam dignitatis notam agnominibus ſuis addunt *Vich* vel *Wish*: & mulctam indicunt illis qui hanc notam in alloquendo ipſos addere negligunt; quæ mulcta *beſt cheſt ipſis* vocatur: atque hac ita tument omnes, ut etiam ii quos fortunã ita deſtituit ut aliis famulentur, mulctã hanc negligentibus impingere ſatagant.

II. Proximum poſt nobiles locum occupant ii quos vocant *Sina Bojareſky*, id eſt, nobilium liberi, qui ſtipendiis Principis militant; inſolentiſſimum hominum genus: & ſcribæ, ſive *Dyaks*, qui proximum locum in oppidis obtinent poſt præfectos ſive Duces.

III. Infimus ordo plebeiorum eſt, quos vocant *mouſicks*; inter quos agmé ducunt mercatores; ſequuntur mechanicarum artium periti. deſpicatiſſimi ſunt agricolæ, quos *Chriſtianeis* appellant.*

De regimine provinciarum.

RVſſiæ principatus omnis dividitur in quatuor partes ſive tetrarchias, quas ipſi *Chetſirds* appellant. quarum ſingulæ plures provincias complectuntur, & certis officiis ſunt annexæ, à quibus & nomina ſortiuntur.

Prima tetrarchia vocatur *Poſoſky Chetſird*, ſive jurisdictio muneris Legatorum, & plerumque addicitur principali Secretario, qui quotannis illius nomine percipit centum rublas.

Secunda dicitur *Roſeradney Chetſird*, quæ fere ſupremo Comiti ſtabuli, quem *Roſerade* vocant, attribuitur, cum ſtipendio itidem c rubl.

Tertia vocatur *Pomeſtnoy Chetſird*; quia attribuitur illi qui ſervat indicem omnium

omnium terrarum quæ Princeps Nobilibus ſuis aliiſque attribuit; cum ſtipendio annuo 1ↄ rubl.

Quarta denique *Caſſauſki Dvvorets;* quia tribuitur illi qui jus dicit in regno Caſan & Aſtracan & oppidis ad Volgam ſitis, cum ſtipendio CL rubl.

Extra has tetrarchias cenſetur Principis patrimonium, vulgo domanium; quod ipſi dicunt *Vochin:*quod XXXVI oppida cum ſuis territoriis complectitur. Itemque peculiares quædam jurisdictiones, uti Vagæ provinciæ & ſimilium.

Atque hi quidem præcipui ſunt principatus miniſtri, qui fere in civitate Moſcua agunt; aut quando cum principe aliò digrediuntur, officii ſui munimenta & miniſteria ſecum ducunt. Sunt autem illorum partes, querelas omnes, aliaque quæ è ſuis tetrarchiis ad ipſos deferuntur, ad principalem Senatum referre: & quæ à Principe & Senatu decreta mandataque fuerint, in ſuis item provinciis promulganda & exequenda procurare. In quibus provinciis Duces ſive præfecti conſtituuntur, qui per *Dyacks*, id eſt, ſcribas, omnia fere agunt quæ agenda ſunt: nam ipſi infima dignatione inter nobiles cenſentur. Eſtque eorum munus, *primo* civiles omnes cauſas in ſuo di-

ſtrictu audire & determinare. In quem finem officiales habent ſibi ſubordinatos : quales ſunt *Gubnoy ſtarets* , qui reos carceribus mancipant : *Soudie* , judices inferiores, qui de cauſis quibuſdam cognoſcunt & judicant in ſuis balivatibus, ita tamen ut ab ipſis ad Ducem ſive ſcribam detur provocatio; ſicuti à duce & ſcriba ad aulicum Senatum appellatur : denique *Sotskoy ſtarets*, id eſt, aldermannos ſive balivos centuriarum. *Deinde* munus illorum eſt, de criminibus, furto, homicidio, proditione, &c. cognoſcere, reos captivare, examinare; & examen cum omnibus ſuis circumſtantiis ad præfectum tetrarchiæ ſuæ qui in aula reſidet mittere; nam ipſis reos plectere aut capitis damnare non licet. *Tertio*, leges aliaque edicta nomine principis promulgare, tributa colligere, militum delectus habere, & ſacramento adactos ad locum à Principe dictum deſtinare.

Porro hi duces & ſcribæ ab ipſo Principe eliguntur, & ad ſuas quique provincias deſtinantur, & ut plurimum ſingulis annis mutantur, niſi aliter principi videatur; & quum fere advenæ ſint in illis provinciis, nullo populi favore, ſed principalis legationis metu ſubſiſtunt; & qui plurimum,

c rublas, alii minus quotannis pro ſtipendio accipiunt: quo fit ut plerumque inopes provinciales miſerè ſpolient; quod à primoribus illis eò conniventius toleratur, ut ipſos veluti ſpongias exprimere & repetundarum poſtulare poſſint: raroque munere decedentes pœnam evadunt, quam *pudkey* vocant, ubi flagris cæduntur; quorum ipſi haud ignari, tam licenter prædantur, ut & Imperatori & præfecto tetrarchiæ partem erogare, & nonnihil ſibi ipſis valeant retinere. Atque tales quidem fere in mediterraneis oppidis munera hæc publica ſortiuntur: limitaneorum major cura habetur; in quibus plerumque bini, & non raro è conſiliariorum principalium ordine conſtituuntur. Hæc oppida ſunt, Smolensko, (quo Polonus jam potitur,) Vobſko, Novogrod, & Cazan; quorum tria priora Polonos & Suecos vicinos habent; poſterius, licet è longinquo, Tartaros Crimeos. Horum ducum & dignitas major eſt, & poteſtas amplior; ita ut etiam criminum manifeſtos plectant. Stipendium eorum annuum cccc rublæ, quorumdam & Iↄcc.

Moſcua civitas, uti Principis domicilium, ab ipſo ſolo & Senatu regitur.

Senatores enim in diverſis tribunalibus cauſas civiles & criminales audiunt atque dijudicant. Vrbis tamen negotia alia, qualia ſunt platearum cura, tributorum collectio, & ſimilia, duo nobiles & totidem ſcribæ procurant; quorum tribunal *Zempſkoy* vocatur. Ad quod oppidani famulos ſuos furti ſuſpectos adducunt, flagro aut alio tormento examinandos. Præter hos duos Nobiles & totidem ſcribas, ſunt Aldermanni, *Staruts* ipſis, ſingulis tribubus præfecti, in quas plebs omnis diviſa eſt: illi ſub ſe habent ſuos *Sothkey*; & hi ſuos *Decetſkeys*, id eſt, decuriones, qui decem familiarum inſpectionem habent. Priores illi Nobiles & ſcribæ ab ipſo Principe conſtituuntur; qui Aldermannos ſuos eligunt; & illi porro Sotſkeyos; Sotſkeys autem decuriones.

De Conſilio privato Principis.

RVſſorum Princeps plurimis Nobilium tribuit titulum & dignitatem Conſiliariorum; quorum tamen opera raro utitur, quique rariſſime ad Senatum habendum vocantur. hi generatim *Bojarens* appellantur: quum cæteri, quorum opera quotidie utitur, in omnibus publicis negotiis *Dumnoy Boyaren* appellentur, & ſedes illorum *Boarſtua dumna*. Horum numerus certus

tus iniri non poteſt; &, prout in aliis quoque aulis evenire cernimus, alii, prout gratia florent apud Principem, ita potiſſimum rebus agendis adhibentur. Iis adſident quatuor Secretarii, quos *Dumnoy Dyakey* appellant. Dies quibus ordinariò conveniunt, ſunt Lunæ & Mercurii atque Veneris; idque mane hora ſeptima: Quod ſi extra ordinem conveniendum ſit, à ſummo Conneſtabili per Clericum Conſilii monentur atque vocantur.

De Iudiciis in cauſis civilibus.

TRia fere apud ipſos habentur tribunalia; ubi de cauſis civilibus, puta de contractibus, & ſimilibus, jus dicitur; ſibi invicem ſubordinata.

Infimum eſt illius quem *Gubnoy ſtaruſt* vocari diximus, item illius quem *Sotskoy ſtaruſt* appellant, id eſt, Aldermanni & Bailivi centuriæ, quam dicunt *Soacke.* qui inter vicinos & qui intra Centuriam illorum degunt, lites componere ſatagunt, antequam contendentes ad tribunalia convolent.

Secundum eſt quod in præcipuis oppidis uniuſcujuſque provinciæ à duce & ſcriba adminiſtratur; à quibus ad tertium & ſummum judicium aulicum appellatur.

Actiones inſtituuntur in hunc mo-

dum : Actor per libellum ſupplicem explicat, à quo quantum læſus ſit ; & impetrata venia per *vvepis*, id eſt, indultum judicis, per apparitorem (*præſtave* illis) ſiſti & in judicium accerſi curat reum ; qui cogitur fidejubere, ſe dicta die judici ſe ſtiturum, aut alioqui licet apparitori ipſum detinere quibuſcunque modis poteſt. Vterque autem tam actor quam reus propriam cauſam agit, nullo ſubſidio procuratorum aut advocatorum. Si cauſa teſtibus declarari non poſſit ; ſacramento terminatur : nam quum judici non ſatis liquet utra pars jure nitatur, ſolet alterutrum rogare, an crucem oſculando firmare velit ſe verum dicere ; quod ſi annuat, ſtatim ad templum ducitur, & cruce oſculata non modo cauſam, ſed & id quod adverſarium ſuum poſcit, obtinet. Hanc crucis oſculationem *Chrenſtina chelovanian* vocant, & tanti æſtimant quam jusjurandum. Quod ſi ambo ad id parati ſint, tum ſorte cauſam dirimunt. Qui cauſa cadit, niſi ſtatim creditori ſuo ſatisfaciat, ad *Praveuſh* ducitur, id eſt, locum publicum ubi ejuſmodi condemnati ſingulis diebus mane ab hora octava ad undecimam fuſtigantur miſerum in modum, tantiſper donec ſatisfaciant : quod ſi per

per annum integrum in hunc modum fuſtibus ſubacti tamen ſolvendo non ſint, uxores & liberi veneant neceſſe eſt, donec creditori ſuo reddant ultimum quadrantem.

Cæterum Ruſſi nullam habent legem ſcriptam; voluntas Principis & Senatus judicium ſuprema lex eſt; tantũ habent indiculum, in quo præſcripta ſunt temporum momenta, & aliæ circumſtantiæ, itemque judiciorum formulæ.

V.

Reditus Principis quibus rebus conſtent.

Reditus hujus Principis, ut ferè aliorum Principum, conſtat primo, patrimonio principali, id eſt, annuis reditibus, quos Princeps percipit è terris quæ ad ipſum principatum peculiariter ſpectant. Has terras conjunctim ipſi vocant *vochia*; quæ complectuntur triginta ſex urbes, cum ſuis territoriis & agris. Inter has urbes amplitudine redituum præſtant *Alexandriſca, Corelſka, Otſer, Slobodey, Danielſka, Moiſalſkoy, Chara, Sametſka, Strararouſe, Branſoue*, &c. Oppidani & agricolæ harum urbium & agrorum quotannis pendunt principi,

partim certos cenſus in pecunia numeratur, partim in frugibus terræ, ut tritico ſecale, hordeo, avena, &c. (hoc tributorum poſterius genus ipſi vocant *obrokey.*) itemque in animalibus terreſtribus aut volatilibus & domeſticis avibus; denique in aliis terræ frugibus, materie, cera, melle & ſimilibus. Quidam etiam illorum tenentur aliquot jugera terræ in uſum Principis colere; certa aliqua pactione in proprium uſum ipſis attributa. Annona autem quæ hoc pacto Principi colligitur, longe copioſior eſt quam aut in familia illius expendi, aut per penſiones, quas familiaribus ſuis aut nobilibus pro mercede attribuit, (*ſclavoney* vocant) exhauriri poſſit: itaque reliquum venundatur magno pretio, & nummi in Principis ærarium inferuntur.

Id redituum genus ſub dominatu Ioannis Vaſilovvick (qui ſplendidiſſime vivebat) quotannis vix ſuperabat ſexaginta millia rublarum: ſed ſub filio illius Theodoro ad 230000 ſummam excrevit; maxime induſtria Theſaurarii illius Gregorii Vaſilovvick Godonove. Maxima autem pars hujus proventus expenditur in ſtipendia miniſtrorum, qui aut in familia Principis aut extra illam Principi ſerviunt.

Secun-

Secundum redituum genus appellatur *tagla* & *podat*, quod è quatuor imperii hujus tetrarchiis colligitur. Eſt autem *tagla* annuum tributum, quod ſolvitur pro ſingulis *vvitis* (id eſt menſuræ apud illos genus) farris quod in ſingulis provinciis provenit. Id colligitur à juratis, & ad ærarii regii miniſtros affertur. *Podat* vero eſt cenſus annuus, qui imponitur ſingulis provinciarum diœceſibus aut hundredis. Ex hoc redituum genere conjunctim ingens pecuniæ gaza quotannis in principis ærarium infertur: Vti videre eſt è ſequentibus:

Provincia & oppidum Vobſko ſolvit quotannis utriuſq; nomine 18000 rubl.

Novogrod	35000.
Torſhocke & Otſer	8000.
Rezan	30000.
Morum	12000.
Colmigroe & Dvvina	8000.
Vologda	12000.
Caſan	18000.
Vſtiug	30000.
Roſtove	50000.
Moſko	40000.
Sibierſky	20000.
Caſtrome	12000.

Summa totalis eſt 400000 rublarum. quæ ſingulæ, libræ Flandricæ aut ſex florenis æquiparantur. Hoc tributi genu-

nus kal. Septemb. à quibus Ruſſi annum auſpicantur, ad quæſtores affertur.

Tertium redituum genus (quod ipſi *bulsha prechod*, id eſt, magnum tributum vocant) colligitur è vectigalibus & portoriis civitatum & municipiorum totius principatus. Oppida autem, quæ grandiora vectigalia quotannis ſolvunt, ſunt hæc fere:

Mosko reddit	12000.	rubl.
Smolensko	8000.	
Vobsko	12000.	
Novogrod Velica	6000.	
Stararouſe	18000.	
Torshock	800.	
Otfer	700.	
Yaruslave	1200.	
Caſtrome	1800.	
Nisna novogrod	7000.	
Cazan	11000.	
Vologda	2000.	

Atque hoc quidem vectigal è majoribus urbibus certum ſtatumque eſt, quia ita quotannis redimitur, redemtorum quidem damno, ſi minus reddat, Principis vero emolumento, ſi amplius. Reliquarum urbium incertius pro commerciorum increméto aut decremento. Certo tamen conſtat ex Rationalium archivis, nunquam hoc redituum genus minus quotannis reddere quam 340000 rubl.

His

His accedit tributum annuum quod colligitur è thermis & cauponis publicis; quod licet incertum ſit, tamen valde opulentum eſſe, ex ingenio incolarum judicari poteſt, qui utriſque hiſce locis inprimis delectantur.

Item in cauſis criminalibus, & convictorum & damnatorum bonis fiſcus Principis capit ſemiſſem, delator quadrantem; & magiſtratus reliquum quadrantem. tribunal ubi hæ cauſæ aguntur vocant *Roisboinam.* Præterea quum *Roſerada* officio certi & magni reditus annui attributi ſint, quibus milites conſcribant & alant; atque paucis tantum opus ſit tempore pacis, magna pars eorum redituum ſuperat, & in ærarium infertur; ita ut non raro ad 150000 rub. aſcendat. Eadem eſt ratio officii illius quod *Strelletskoy* vocant; cui reditus annui concrediti ad ſtipendia ſclopetariis numeranda, qui tam ad aulam Principis (numero XII M) quam alibi præſidia habent, & cuſtodes ſunt corporis principis. Nec alia officii *prechaſe sheſinoy nemshoy;* quod curat milites mercenarios exteros: itemque *pusharskoy;* cui ſimiles reditus annexi ad apparatus bellicos & nitratum pulverem coacervandum. Quicquid autem ex omnibus hiſce ſub finem anni ſupereſt, id omne in

ærarium Principis ſeu *prulsha prechod* infertur: ita ut univerſa ſumma receptæ pecuniæ à *prulsha prechod* quotannis aſcendat ad octingenta millia rubl. aut circiter.

Ratio autem ab omnibus his quæſtoribus redditur in Principis gazophylacio; ubi omnes ipſius gemmæ,& ceimelia, corona, ſceptrum, aurea argenteaque vaſa, aurum argentumque cuſum, & alia hujuſcemodi cuſtodiuntur. Qui accurate rationem accepti & expenſi tempore Theodori principis inivit, Angliæ Reginæ Legatus Ægidius Fletcher, vir prudentia ſingulari, ſcribit, in univerſum quotannis in pecunia numerata in ærarium inferri 1430000 rublarum, demtis omnibus expenſis tam domeſticis quam militaribus. Nec tamen in hanc rationem venire pretioſas pelles, quas immenſa copia è Siberia, Pechora, Permia tributi nomine accipit, & advenis mercatoribus vendit: neque mulctas, quas fiſcus capit è condemnatorum bonis, licet ſæpe ad grandem ſummam aſcendant.

Quid multa? Princeps adeo eſt abſolutus, ut numquam egere poſſit quandiu ſubditis illius aliquæ opes ſuperſunt.

VI. *De*

VI.

De moneta Ruſsica.

VT melius intelligantur quæ de reditibus Principis jam diximus, moneta Ruſſica explicanda erit. Eam habent quadruplicem: Moſcoviticam, Novogrodenſem, Tvverenſem, & Pleſcovienſem. Moſcoviticus nummus non rotunda ſed oblonga & ovali quodammodo forma, *denga* dictus, diverſas habet imagines; in antiquioribus ab una parte roſa, ab altera homo equo inſidens: alii utrinque literis ſunt inſcripti. Eorum ſex faciunt *altinum*, viginti *griſnam*, centũ *poltinum*, ducenti *rublam*. quæ ad noſtræ monetæ valorem comparata, ſex ut plurimũ florenis noſtratibus, ſive libra Flandrica æſtimatur.

Tvverenſis utrimque ſcripturam habet, & valore æquiparatur Moſcovitico.

Novogrodenſis ab una parte Principis ſolio inſidẽtis & hominis ſe illi inclinantis imaginem, ab altera ſcripturam habet, atque duplo Moſcoviticum ſuperat. Griſna quoque Novogrodenſis XIV dengas, rublus CCXXII complectitur.

Pleſcovienſis, ab una parte caput taurinum coronatum, ab altera ſcripturam oſtentat. Habent præterea cupream monetam, quæ *polani* vocatur: horum

LX dengam Moſcoviticam valent.

Aureos non habent, nec cudunt ipſi, ſed Hungaricalibus fere, interdum etiam Rhenanis utuntur; pretium eorum ſæpe mutant. Rigenſibuſq; rublis utuntur propter vicinitatem: quorum unus valet duos Muſcoviticos. Moneta Muſcovitica eſt ex puro & bono argento: quamvis nunc quoque adulteretur: Nec audivi, ob hoc facinus in quemquam animadverſum eſſe. Omnes ferre aurifabri Muſcoviæ nummos cudunt; & quicunque adfert maſſas argenteas puras, nummoſque cupit, tum nummos & argentum appendunt, atque æqua lance librant. Exiguum & conſtitutum pretium eſt, quod ultra æquale pondus ſolvendum eſt aurifabris, parvo alioqui laborem ſuum vendentibus. *Hac ex Herberſteyn.*

Anglus quidam, qui ſcripſit anno 1554, monet tres eſſe nummos argenteos in Ruſſia, *poledengam*, *dengam* & *novvgrotam*; qui ad valorem Anglicæ monetæ comparari ſonant dimidium denarium, denarium & duos denarios. Nummos hos ita computant; poledenga, denga, altin, ruble: binæ enim poledengæ, dengam; harum ſex altinum conficiunt: altini denique XXIII & II dengæ rublum.

VII.

De militia Ruſſorum.

Milites (inquit Fletcherus jam ſæpius nobis laudatus) Ruſſiæ appellantur *ſmaboranesky* : ſunt enim fere nobilium filii, atque adeo ipſo militiæ dignatione generoſi. neque ulli in Ruſſia ſunt nobiles præter homines militares. Nam nobilium filii ſimul atque ætatem juſtam attigerint, qua arma ferre poſſunt, nomen ſuum apud magnum Coneſtabulem profitentur; qui ipſis certam portionem ågrorum attribuit, ut plurimum eorum quos parentes illius poſſederunt; niſi forte militum numerus tantus jam ſit ut nullæ terræ quæ aſſignari poſſint ſuperſint, & patris agri pluribus ſufficere nequeant: quo caſu in aliud tempus differuntur: & fit ſæpe, quum plures ſunt filii unius familias, ut minores natu aut egere aut alii vocationi ſe addicere cogantur, & non raro malis artibus & latrociniis ſeſe applicent. Vbi autem numerus militum completus eſt, ita ſe habet: Nam primo habet Princeps equites corporis ſui cuſtodes XV CIↃ, cum ſuis tribunis & cæteris officialibus, *Dvvoraney* appellantur. Sunt autem trium generum; qui & ſtipendiis & dignatione multum inter

ſe differunt. Primi vocantur *Dvvoraney bulskey:* quorum alii 100, alii 80 rubl. annuatim capiunt; nulli infra 70. Secundi *ſeredney dvvoraney;* qui 60 aut 50 rubl. accipiunt; nec infra 40. Tertii *Dyta bojarsky;* qui 20, 30; non autem minus quam 12 rubl. annuatim merent. Atque hujus quidem ſtipendii dimidia pars in urbe Moſcua ipſis ſolvitur. reliquum in caſtris, quando illorum in bello opera requiritur: & tum univerſum eorum omnium ſtipendium annuatim requirit 55000 rubl. Præter hoc ſtipendium etiam agros ſibi aſſignatos obtinent pro ſua quique dignitate & merito; ita tamen ut agri iſti ad minimum ipſis annuatim reddant 20 rubl.

Præter hos ſunt alii ex ſummæ dignitatis nobiles, qui, veluti prætoriani apud Romanos, Principé comitantur, quum ad bellum gerendum ipſe progreditur; & tum ipſi ſubminiſtrant equitum ſexaginta quinque millia cum omnibus armis ſuis ad Ruſſorum modum; ideoque annuatim pro ſe & copiis ſuis percipiunt quadraginta millia rublarum; & quotannis cum omnibus ſuis copiis verſus fines Tartarorum Crimeorum movent, ſive bellum cum illis ſit ſive induciæ. Periculoſum videri poſſit Principi aut Statui, tantas copias ad nutum nobi-

nobilium in unum locum convenire: hic tamen diſcrimine vacat: primo quia nobiles hi pro arbitrio Principis mutantur, & quum plures ſint, non facile inter ſe conſpirare poſſunt; &, quod ſummum eſt, ut plurimum ſunt aulici & familiares Principis, atque adeo conſiliarii: nec ſtipendio potiuntur, niſi quum jam aliis erogandum eſt; ita ut potius quæſtores ſint Principis quam tantarum opum poſſeſſores. Atque in hunc modum equeſtris militia conſtabit octuaginta millibus; magnum robur ſi diſciplina & vigor cæterarum gentium Europæarum accederet.

Peditum, qui *ſtrelſey* dicuntur, continuo alit duodecim CIↃ, omnes ſclopetarios. quorum V CIↃ circa civitatem Moſcuam agunt, aut aliam urbem in qua verſatur Princeps; atque II CIↃ in ipſa aula, qui *Stremaney ſtrelſey* appellantur; reliqui in limitaneis oppidis in præſidiis occupantur. His annuum ſtipendium datur VII rublæ, & ſecalis atque avenæ XII modii.

De peregrinis militibus nihil dicere neceſſe eſt, quos non alit niſi quum neceſſe eſt, & ſemper quamplurimos alere poteſt, quum opibus abundet. appellant autem peregrinos & mercenarios milites *namſcoy*.

Præfectorum ſive ducum militarium ordo talis eſt; 1. Generalis Principis vicarius, quem *Voyavodey bulshaia*, id eſt; magnum Capitaneum dicunt; qui plerumque eſt unus è ſumma nobilitate, licet neque prudentia neque bellicarum artium ſcientia emineat. 2. Ideoque illi adjungitur Legatus, nobilitate quidem inferior, ſed belli uſu præſtantior. 3. Sub utroque ſunt quatuor veluti Mareſcalli; inter quos copiæ omnes dividuntur. Partes autem haſce quatuor diſtinctis nominibus exprimunt: primam vocant *prava polskoy*, id eſt, dexteram alam; ſecundam *levoy polskoy*, id eſt, ſiniſtram alam; tertiam *ruſnoy polskoy*, interruptam cohortem, quia ex illa ſpeculatores emittuntur, & ſubſidia reliquis ſubmittuntur; quartam *ſteresbovoy polskoy*, id eſt, vigilum cohortem. Singuli autem hi Mareſcalli duos habent legatos, qui bis ſingulis hebdomadis copias in armis exercent, & jus dicunt inter milites, puniuntque delicta; atque hi fere ſumuntur ex illis cx de quibus ante dixi. Sub his porro complures ſunt tribuni; quales ſunt *gulavoy*, qui cIↃ, qui IↃ, & qui c militibus præſunt: item *petyde ſctskoy*, qui L; & *decetskies*, qui x tantum præſunt.

Sunt præterea in caſtris Vaivodæ duo magni

magni nominis. quorum primus vocatur *Naradna vaivoda*, & præeſt tormentis omnibus bellicis. alter *Vaivoda gulavoy*, quaſi præfectum velitum dicas, qui ſpeculatoribus CIↃ præeſt; & curam gerit lignei caſtelli, (quod *beza* aut *gulay gorod* ipſis dicitur) quod ſemper cum caſtris circumfertur, in uſum peditum, qui eo utrimque concluduntur; interdum ad aliquot milliaria in locum extenditur, ex aſſeribus ita compoſitum ut nullo pene labore & conjungi & diſſolvi poſſit; egregio munimento adverſus Tartaros, qui arcu & ſagittis ſolummodo armati facile ligneo hoc ut ita dicam vallo ſuſtinentur.

Ruſſorum equitum arma fere ſunt arcus & ſagittæ, & gladius; paucis breves ſunt haſtæ aut ſpicula; omnia facta ad Turcarum modum: quibus ad Tartarorum modum uti edocti ſunt. Peditum ſclopetum ſive bombarda, ſecuris & gladius. Commeatus nulla principi cura, unuſquiſque ſibi ipſi proſpicit; vili enim cibo contenti ſunt Ruſſi milites; neque fere quicquam uſurpant præter panes ſiccatos, quos *ſuchary* vocant; & cruda farina, quam temperatam & in maſſam rotundam coactam *tollockno* dicunt. Quod ſi Ruſſi tantũ robore & fortitudine animi ſcientiaq; militari valerent,

quantum corporis viribus & laborum tolerantia, facile cæteros Europæos ſuperarent: nunc ingenii tarditate, & ſerviendi conſuetudine, nec magna appetunt, nec aſſequuntur. In oppidis quidem defendendis ſtrenue adverſus validas obſidentium vires laudem meruerunt; in acie adverſus Polonos ac Suecos ut plurimum victi magnas ſæpe clades acceperunt.

VIII.

De familia magni Ducis Moſcoviæ, & Principum ſucceſſione.

A Ruſſica Narva, (inquit Thuanus lib. XXI) anno cIↄ cccc à Moſcis condita, ex adverſo Narvæ Livonicæ ſita, medio flumine cognomine, (unde utraque nomen ſortita eſt,) in orientem ac ſeptentrionem tendentibus ad mare Caſpium & uſque ad Tartarorum hordas, Moſcorum imperium late patet. Cui ab arce & flumine cognomine Moſca in Occam & Volgam influente nomen eſt; (ubi ante cc circiter annos Ioannis Danielis filius caſtrum ædificavit; ſicuti Sigiſmundus Herberſteynius ex eorum annalibus refert;) non à Moſcis ultra mare Caſpium Colchis finitimis, quorum meminit Strabo, & quos Plu-

tarchus

tarchus à Cn. Pompeio ſubjugatos ſcribit. In iiſque regionibus Ruſſi rerum potiti ſunt, à Roxolanis forte, deflexo paulum nomine, oriundi; atque eorum Principes ad Varagos originé referunt, gentem transmarinam, ut ipſorum annales teſtantur, qui imperii ſedem primo Novogrodiæ, dein Kioviæ, ac poſtremo Vlodimiriæ habuerunt, antequam Moſcoviam transferretur.

Clariſſimus vir Fletcherus monet, familiam Principem Ruſſiæ appellari *Bealam*, atq; ex eo conjicit, originé ex Hungariâ cepiſſe; ipſumque Ioannem Baſilidem ſæpius jactaſſe ſe ex Germanica eſſe origine, non autem è proſapia Ruſſica.

Ruricus (inquit Thuanus, ut ſupra) ex ea gente bello contra Bulgaros ſuſcepto quum feliciter rem confeciſſet, regionis dulcedine captus in ea manſit, liberis ejus, quos domi reliquerat, Novogrodia interim exactis ab Vlodimiro quodam verna ex ancilla nato, cui urbis cuſtodiã reliquerat. ab eo genus ducunt. qui poſtea in eo imperio, in XII principatus (quot filios reliquit Vlodimirus) diſtributo, fuerunt, Iapulocho Rurici fil. & ipſius poſteris avitum imperium fruſtra recuperare enixis. Deinceps fide Chriſtiana imbuti ſunt, & occaſione non minus honorificæ quam fauſtæ af-

ſinitatis, cum Vlodimirus ipſorum Princeps, qui Kioviæ jam tum ſedem fixerat, Annam, Baſilii Porphyrogeniti F. & Conſtantini Imper. ſororem uxorem duxiſſet, circa annum Chriſti ıↄ ccccxc; unde & Græcæ Eccleſiæ ritus etiam hodie ſervant. Hoc ita tradunt Ruſſorum & poſt eos Poloniæ annales; de quo tamen Byzantina hiſtoria omnino tacet; ut mirum ſit, homines vanos ac leveis rem adeo memorabilem ſilentio præteriiſſe, qui alioqui conſentanea cum iis, quæ de Ruſſis diximus, memoriæ prodidere. Nam Ioannes Zonaras ſcribit, Nicephorum Phocam à Bulgariæ Principe petiiſſe, ut Hungaris ac Turcis per ejus fines in Thraciam irrumpentibus tranſitum impediret: cum vero ſe excuſaret Bulgarus, infirmitatem & fœdus cauſatus, per Calocyrum Cherſoneſi Tauricæ Principis F. Roſſorum Dynaſtam ab eo ſollicitatum, ut bellum Bulgaro inferret. Itaque Spendoſtablum (ita Roſſum vocat) coacto ingenti exercitu in Bulgariam deſcendiſſe, & longe lateque populato agro innumerabiles prædas abegiſſe. Demum Nicephoro ſublato, idem Zonaras ſcribit, ſub Ioanne Zimiſca Roſſos, Bulgarorum gente ac provincia ſubacta, nunc cum Ducibus Boriſe & Romano, patriæ oblitos,
illic

illic imperii ſedem figere decreviſſe, Calocyri impulſu, qui, ſi ab eis Romanorum imperator ſalutaretur, ſe Bulgaria ipſis ceſſurum & perpetuum fœdus percuſſurum receperat. Verum Zimiſcam, cum honorificas ejus conditiones illi non ſolum ſuperbe recuſaſſent, ſed legatos etiam indigne habuiſſent, contra Roſſos bellum ſuſcepiſſe: Tauroſcythis vero adventu ipſius perterritis, Calocyrum ad Roſſos confugiſſe. Demum, conſerto ad Driſterum in Iſtri ripa poſitum prœlio, Roſſos cæſos; iiſque cæſis Driſterum diuturna obſidione à Ioanne cinctum fuiſſe. Tandemq; Roſſos omnium rerum inopia laborantes, ex Spendoſtabli conſilio & authoritate, prœlii aleam rurſus tentaſſe; qua poſt longum & anceps certamen poſtremo Roſſos profligatos eſſe. Poſtea Ioannem cum Spendoſtablo his conditionibus transegiſſe, ut relicta Bulgaria domum rediret: ſed in reditu ipſum & Roſſos omnes, Pazinacarum inſidiis exceptos, ad internecionem cæſos eſſe. Hæc Zonaras; quæ cum iis, quæ de Rurici expeditione Ruſſici annales memorant, mire conveniunt; & in alterum annum Zimiſcæ imperii, hoc eſt, in Chriſti 10 cccc LXXII, incidunt; quo tempore Baſilius Scamandreus, poſt Theophylactum

Romani Lecapeni F. Patriarcham, Conſtantinopol. Eccleſiæ præfecit; à quo & Ruſſorum annales nomen Ruſſicum ad religionem Chriſtianam perductum tradunt.

Sequentibus temporibus Andreas Dux Suſdalienſis, ab Vlodimiri ſtirpe profectus, fœdere cum XI cognatis icto, Miciſlao dejecto, qui Kioviam tenebat, ſedem primus Vlodimiriam tranſtulit, & imperium in Suſdalienſi domo firmavit. quamvis in alios agnatos Duces principatum minime exerceret, magni tamen Ducis uſurpato nomine, hoc etiam obtinuerat, ut illi comiter majeſtatẽ ſuam colerent. Sed quum Tartari, impreſſione in Ruſſiam facta, Cottianam Poloſciorum Ducẽ, & Miciſlaum Romani f., Siernavienſem Ducem, atque alios complures auxilio evocatos, die XVII Maji anni CIↃ CC XIV, & ſicuti annos Ruſſi ab Orbe condito numerant, VI CIↃ IↃCC-XXXII, inſigni clade profligaſſent, & rurſus XIII annis poſt, Duce Batti, domitis Roſanenſibus & Vlodimirienſibus ceteriſq; fere Ducibus, Rüſſiam omnem impoſito provinciæ tributo in poteſtatem redegiſſent: ab eo tempore magni Ruſſiæ Duces à Tartaris peti cæperunt; qui fere à Suſdalienſibus dabantur.

Tandem anno Chriſti CIↃ CCC IV, Andrea

drea Alexandri F. mortuo, cum Michaël Iaroſlai F. Tuerenſis & Georgius Danielis F. Moſcoviæ Dux de magno Vlodimiriæ principatu contenderent, & uterque eam à Tartaro peterent; primum ſecundùm Michaëlem pronuntiatum fuit. ſed interjecto aliquanto tempore Georgius eandem, rejecto Michaële, obtinuit anno juxta Græcorum calculum VI CIƆ IƆ CCC XXV; qui imperii ſedem Moſcoviam tranſtulit, & magnum principatum poſteris ſuis reliquit, adverſantibus initio Ruſſis univerſis, qui hunc honorem Suſdalienſi familiæ reſtitui à Tartaro debere contendebant.

A Georgio illo Ioannes Danielis fil. niſi idem ſit, profectus, primus Moſcoviæ caſtrum condidit; cui Ioannes alter, & Ioanni Demetrius, ac Demetrio Baſilius, qui Sophiam Vitoleni Lithuaniæ Ducis fil. uxorem duxit, ordine ac directa ſerie ſucceſſerunt. Hujus Baſilii filius Baſilius, conjuratione à Demetrio Siemacha Georgii fratris F. Suerienſi, Ioanne Andreæ fil. Moſaicenſe, & Boriſſo Alexandri fil. Tuerenſi Ducibus facta, regno pulſus & luminibus orbatus fuit: ſed Novogrodienſium ope adiutus regnum poſtea recuperavit, & pacatè uſque ad mortem tenuit.

Huic Ioannes fil. ſucceſſit; qui ſe uni-

verſæ Ruſſiæ Principem primus appellavit, Magni nomen ob id ſortitus. is Ducem Tuerenſem, ex cujus domo uxorem duxerat, ultionis paternæ prætextu, principatu exuit: nec multo poſt Novogrodiam magnam fraude interceptam ſui juris fecit: cæteroſque fere Ruſſiæ Principes, ex ipſorum diſſenſionibus occaſione captata, in ordinem redegit; ac tandem Tartarorum jugum, à quibus majores ſui jus & inaugurationem petebant, excuſſit, à Sophia, è Palæologorum gente ingentis animi femina, quam mortuâ Tuerenſi duxerat, perſuaſus: ſemper fere victor & felix, ſi cladem in Livonia & ad Pleſcoviam paulo ante obitum acceptam excipias; quam L annorum induciis reſarciit.

Eadem felicitate uſus Baſilius illius fil. Noſtra ætate Smolecenſem principatum, ac quidquid Siverenſis ditionis ſupererat, imperio adjecit. Caſanenſeis mari ac terra oppugnavit; àgnatiſque ſuis omnibus regni poſſeſſione, quam adhuc tenebant, exturbatis, Pleſcovienſem civitatem in ſervitutem redegit; ac *Ciarii*, quod lingua Slavonica regem ſonat, quum alii *Kneſios* tantum appellaſſent, nomen ſibi ſumſit.

Huic anno CIↃ IↃ XXV decedenti Ioannes fil. ſucceſſit; qui aſtum, induſtriam

&c

& ſeveram diſciplinam in propagando imperio ad majorum artes adjecit; effecitque, ut ab iis accepta non ſolum retinuerit, ſed etiam magna acceſſione locupletaverit. nam Caſanenſe & Aſtracanenſe regna à patre ſummis viribus tentata, novo & iis populis incognito belli genere uſus, in poteſtatem redegit: ac fere omni Caſpio mari ſui juris facto imperium in Perſidem uſque protulit, multis aliis præclare, non ſine tamen crudelitatis infamia, geſtis. De his variorum hiſtoriæ loquuntur; præſertim vita illius à Paulo Oderbornio tribus libris deſcripta. Ioannes Baſilides (inquit Thuanus lib. LXXX) magnus Moſcorum Princeps, ob immanitates inauditas à Paulo Oderbornio & Alexandro Guagnino ſtudioſius fortaſſe quam veracius deſcriptas, infamis ultimum diem clauſit VII kalend. April. anni CIↃ IↃ LXXXIV, quum LVI annos vixiſſet, XXXIX regno præfuiſſet. Ex Anaſtaſia prima uxore duos filios ſuſceperat; Ioannem cognominem ſibi, quem caſu interfecit; & Theodorum regni hæredem, quem moriturus proceribus convocatis valde commendavit, curatoribus ei attributis, quorum ex conſilio rempubl. adminiſtraret.

Theodorus Ioannis fil. Irenen Theo-

dori

dori Godonovii filiam ſtatim in uxorem duxit, & cum ea IV kal. Quintiles inauguratus fuit. verum idem Thuanus ad annum CIↃ IↃXCVIII ſcribit, Theodorum hunc, quum XIV annos à morte patris rerum potitus eſſet, annos tantum XXXVI natum ſine liberis deceſſiſſe, anno à mundi condito VII CIↃ CXVI, id eſt, à C. N. 1598, adminiſtratione imperii penes conjugem & Patriarcham relicta. Eam, (inquit lib. CXX) ob ſpeciem & mores, quum ſibi Theodorus patre ſuperſtite in uxorem delegiſſet, ex eaque nullos liberos ſuſtuliſſet, dimittere illam ſæpius ab illo juſſus quidem erat; ſed ad mortem uſque patris callide procraſtinarat. Erat ei Boriſſius Godonova frater, aſtutia innata & affectata comitate maximam in aula & toto regno auctoritatem conſecutus, quam & ad mortem uſq; Theodori retinuit; quam veneno acceleratam non defuere qui putaverint, ducta ex Boriſſii ingenio ſerieque rerum ab eo in civili adminiſtratione geſtarum conjectura. Theodorus poſtremis tabulis, regni adminiſtrationem uxori viduæ commendaverat. quam quum illa haud invita ſuſcepiſſet; paulo poſt, mutata voluntate an ex compacto, imperii adminiſtrationē in proceres transferre ſe velle dixit,

&

& mundo mutato habitu renunciare: ægerrime id tulit populus, acriſque ſeditio orta, donec Boriſſius ſe exorari paſſus eſt, ut imperium pro ſorore capeſſeret, poſtquam affectata quadam recuſatione, uti putatur, diu proceres & populum ſuſpendiſſet. Tenuit autem principatum ad annum CIↃ IↃC V; quo tempore multæ calamitates, & præſertim diriſſima fames, Ruſſos afflixit; ipſeque vitam lamentabili exitu clauſit. Rem geſtam ita deſcribit Thuanus lib. CXXXV. Ioanni Baſilidæ (inquit) præter Theodorum alter erat filius Demetrius, biennio ante mortem è nobili juvencula ſuſceptus, hoc eſt, anno CIↃ IↃ LXXXII; qui ad ad Vielicam, longe diſſitam, c à Moſcua metropoli milliaribus, educabatur. Boriſſius, qui ſuperſtite Theodoro jam tum tyrannidem affectabat, quum omnia quæ deſideriis ſuis improbis obſtare poterant circumſpiceret, parum ſe Theodori imbecillitate profecturum judicabat, niſi ſpem reſurgentis in principali familia imperii per Demetrii mortem extingueret. Itaque de eo ex medio tollendo ante omnia cogitans, corruptis qui circa eum erant, ſic dolum inſtituit. Pulſo majore tintinnabulo, (id erat ſignum populi ad incendium reſtinguendum vocandi,) obſervatum erat

ad ſtrepitum concurrentis multitudinis Demetrium conclavi exire ſolitum, qui in illo tumultu confodiendus erat. & ita factum, dum per ſcalam deſilit. inde rumore mortis ſparſo, populus à reſtinguendo incendio revocatus ad arcem venit; & omiſſa comploratione domeſticos obvios obtruncat, publica ultione cędis invidiam in ſatellites Principis rejectam à ſe amoliri cupiens. quam tamen minime evitavit: nam Boriſſius, ut omnem ſuſpicionem purgaret, immaniter in oppidanos ſæviit, & arcem incendio delevit. Verum Demetrium hac conjuratione oppreſſum, qui in Moſcovia tunc erant, & de ea relationes confecerunt, conſtanter affirmant. Alii ut motibus poſtea ſubſecutis colorem reperirent, ſic rem narrant; matrem Demetrii de deteſtando Boriſſii conſilio per amicos monitam in tempore filii periculo prævertiſſe, ſuppoſito in ejus locum puero ætate & ore perſimili, qui à ſicariis non per ſcalas deſiliens, ſed in lecto jugulatus eſt, Demetrium autem verum in tutum ſubduxiſſe, ſtatimque ſuppoſiti cadaver à Germano aulæ magiſtro, qui aſtum excogitarat, ne agnoſceretur, ſarcophago incluſum ſine ulla pompa terræ mandatum eſſe. interim famam ſparſam, quaſi Demetrius peſte abſum-

abſumptus eſſet. Vtut ſit, in Poloniæ & Moſcoviæ finibus aliquot poſt annos comparuit homo, qui altero brachio breviore & verruca in facie, quæ in vero Demetrio olim notata fuerant, cęterum ingenio acri, præſentia animi, liberalitate, comitate non indignum, ſe regali proſapia ferebat. is Ieſuitis patribus, qui in Polonia pollebant, primum innotuit, & ſpem fecit, ſi ad regnum paternũ recuperandum adjuvaretur, fore, ut primam ac præcipuam cultus divini in imperio Moſcico inſtaurandi, & illius ad Eccleſiæ unionem adducendi curam haberet. res initio tecta, monito prius Pontifice, ut negotium, quod ad bonum religionis & amplificationem Sanctæ Sedis pertinebat, opibus propriis & commendatione ſua apud Poloniæ Regem & regni proceres adjuvaret. quod & ſedulo factum per ipſos Ieſuitas, qui ſupplicem ad Georgium Miecinſium Sendomirienſem Palatinũ introduxerant, in regno præpotentem; jam tum fide clam data, ſi compos votorũ evaderet, ut filiam Palatini, in quam ille oculos conjecerat, in uxorem acciperet. In Livonia abjecto cucullo aliquandiu latuerat, ubi & commode latine loqui & ſcribere didicit, & ad Clementem VIII Pontificem Maximum literas manu pro-

pria non ineleganter ſcriptas dedit. & cum per Sendomirienſem & ejus generum Viſnovitzium ad Sigiſmundum eſt admiſſus, maſcula oratione uſus dicitur, meminiſſet, ſe in carcere & captivitate natum, & inde divina providentia ac miſericordia liberatum; proinde humana cogitaret, & eodẽ fato adflictis ſubveniret. Ioannes Sigiſmundi parens ab Erico fratre ob ſuſpicionem in carcerem injurioſe truſus fuerat, ſicuti ad an. cIↄ Iↄ LXIIII demonſtravimus, in quo ex Catharina uxore Polonicæ atque adeo Iagellonicæ ſtirpis ipſum ſuſtulerat. Igitur Regis favore, & Palatini pecunia, annitentibus Ieſuitis, exercitum x bellatorum cIↄ in Polonia conſcribit, ab hiſq; omni re & apparatu inſtructus in viam ſe dat, & per Ruſſiam iter faciens Coſacos genus hominum bella externa & prædas ſectantium ſibi conciliat, & ingentibus promiſſis oneratos in regnum paternum, ut ajebat, ex iis x cIↄ ſecum ducit. Boryſthene ſuperato ad Zernigam extra limitem caſtra primum poſita, & Demetrii regni legitimi heredis nomine deditio imperata; ac citra vim facta, Ioanne Takmenio, qui cum Boriſſio ſimultates exercebat, in partes novi principis tranſeunte. Coſacis præerat Corelas homo præſtigiis magicis notus. qui

Putin-

Putinnæ obſidendæ auctor, urbis populoſæ, quam Michelovitzius Soltekovius, cum VIII cIↄ Coſacorum Volgodenſium tenebat, Michelovitzio primum detrectanti ad extremum perſuaſit, ut urbem dederet, & Demetrii partes ſequeretur. Boriſſius inter hæc copias inſtruit c bellatorum cIↄ conſtantes. & ante omnia ad Sigiſmundum & Polonicum Senatum legatos miſit; commemoratoque fœdere, de pace ſive induciis inter utramq; gentem, ipſos de ſanctione ejus interpellavit; & ementitum Demetrium, ſacerdotis nefando conceptũ filium, & magicis præſtigiis infamem ſibi tradi vivum vel mortuum petebat, & ne auxiliis juvaretur, enixe petebat, minis additis, ſi contra facerent Poloni, quanto ſuo cum periculo præpotentem principem eſſent laceſſituri. ad minas additæ ſingulorum procerum prenſationes occultæ, ut regem & ſenatum abſterreret, quo minus auxilia ſupplici ſubminiſtrarent. verum Pontificis & Ieſuitarum prævalente auctoritate nihil obtineri potuit, Rege, & qui cum Rege ſentiebant, ad auxilia præſtanda animos obfirmantibus; quippe qui rebantur, hanc ad æternam pacem & amicitiam cum Moſcis firmandam, & majorum religionem ſublata ſciſſura

conſtituendam, fore commodiſſimam rationem. tandemque utrinq; exercitus in aciem ad Novogrodiam inſtructi, & Sendomirienſis ſummus copiarũ dux, qui defectionem in hoſtili exercitu futuram ſibi pollicebatur, temere in medios & bene concordes ruit, & poſt exiguum certamen undique à majore numero circumventus funditur fugaturq; exeunte Ianuario hujus anni. collectis deinde ex tanta clade reliquiis Palatinus Carmhoviam primum ac Putivolum, ac deinde in Poloniam ſuam ſe recepit. Demetrius cum paucis ad Rilſcum arcem in finibus receptum habuit; ubi à ſuis deſertus minime ſe deſeruit. is ſecum, ut religionem & pietatem ſuam omnibus approbaret, duos è Ciſtercienſi ordine Theologos duxerat, qui caſtrenſis vitæ & incommodæ viæ pertæſi, poſt aliquot dierum iter ad ſua reverſi ſunt. præterea etiam duos è ſodalitio Ieſuitico, Nic. Ckerracovium, & Andream Lovitzium, qui expeditionis auctores conſtantiam ſervaverant, & hominem per ſe ſatis bene animatum aſſiduis hortamentis & propriæ patientiæ exemplo ad rem ſtrenue perſequendam incitabant, ipſe bona conſcientia, uti præ ſe ferebat, fretus, cum ad manus veniebat, ita Deum compellare
ſoli-

ſolitus erat, ut ab omnibus audiretur, & hac oratione fere utebatur, manibus expanſis & oculis in cœlum erectis: Me, inquit, juſtiſſime Iudex, prius fulmine perime, me primum dele, huic Chriſtiano ſanguini parce, ſi injuſte, ſi avare, ſi impie, hoc quod vides molior. tu vides innocentiam meam; juſtam cauſam adjuva. tibi me, cœlorum Regina, & meum hunc militem commendo. Quæ ſi vere referuntur, nec vere ille Demetrius fuit, oportet eum aut præſtigiatorem gnaviter impudentem fuiſſe, qui cum ſciret, quæ diceret, vera non eſſe, tanta vultus conſtantia mentiebatur; aut ſi male perſuaſus, eum ſe credebat, qui non erat, profecto fortuna, ut aliis imponeret, inſigni læti primùm ſucceſſus, mox triſtis atque adeo tragici exitus exemplo, mire ipſi impoſuit. Iam Boriſſiani ad Rilſci arcem, ad quam copias contraxerat Demetrius, eo ſitu ut ſubjecto agro late imperitet, cum parte exercitus venerant, Martioque ineunte conflictu acri inter equites facto, inclinavit miro fortunæ ludibrio ad nuper victos victoria, qui numero impares interfectis primo concurſu cIↄ ex hoſtibus, captiſque cc, ceteros in fugam vertunt: ſuorum ordines in fuga perrumpentes ſpeditatum omnem ſol-

vunt;& hoſti ad internecionem expoſitum relinquunt. Parta ingenti præda Demetriani Putivola triumphantes reverſi ſunt, ſtatimque ſive odio veteris domini, ſive novarum rerum deſiderio quinque præcipuæ in propinquo arces cum oppidis ac territorio in partes Demetrii conceſſerunt, & Bialogroda una ex illis CL majores machinas victori ſubminiſtravit. arcium præfecti captivi Demetrio traditi: & paucis poſt diebus ſecuta Ialekæ & Leptinæ deditio, in qua famoſus magus Hinsko Otiopelus quoque captus eſt. Mox & univerſa Severia, qui eſt principatus ampliſſimus, ac præterea VIII caſtella in fidem accepta ſunt. Magna moderatione Demetrium victoria tam inſperata uſum memorant, qui hæc ſcribunt, de cætero ſollicitum, quomodo Cromo arci à reliqua exercitus hoſtilis parte arte cinctæ in tempore ſubveniret. ſed cognito ex literis interceptis obſeſſos aliquandiu ad ſuſtinendum pares eſſe, conſilium ſuſpendit, minime accelerandum ratus, ne tantæ victoriæ fructũ tentata temere prœlii alea amitteret. interea dum ad Putivolum ſedet, eventum operiens variis inſidiis petitus eſt, miſſis à Boriſſio, qui venia admiſſorum promiſſa inſuperque præmiis præpoſitis Ruſſos ad Demetrium

inter-

interficiendum aut captivum ſiſtendum invitarent: additum præpotens telum ab Archipopo, (ita Patriarcham ſuum vocant Ruſſi,) mandatum, quo cuncti rebus Demetrii faventes extra Eccleſiæ communioné poſiti pronuntiabantur. re ex captivis quæſtioni ſubjectis & literis inter ocreas inſertis cognita, nihil inclementius in eos decrevit, ſed venia conceſſa literas ad Archipopum humaniſſimas dedit, quibus eum officii admonebat, & ne injuſtæ cauſſæ religionem prætexeret, hortabatur. ſcripſiſſe & ad Boriſſium dicitur, ſe reſpiceret, regnoque, quod injuſte invaſerat, mature cederet, & monaſterium, quod vellet, ingrederetur, oblatis ipſi & familiæ optimis conditionibus; quas ille contemptim nec citra indignationem reſpuit. id incidit in tempus, quo Daniæ Regis & Caroli Sueci legati in ejus aula erant, ex Polonorum in Moſcoviam impreſſione fœderis cum Moſcis ſanciendi occaſionem captantes, quo Sigiſmundi rebus incommodarent. in ea conſultatione cum vehementius incandeſceret Boriſſius, ſubito corruiſſe dicitur, magna vi ſanguinis per os, nareis & aureis profuſa: & exeunte Aprili vitam cum morte commutavit. alii apoplexia, alii veneno propinato extinctum memorant.

morant. utcunque ſit, in imperio per ſeptennium poſſeſſo moriens non omnem auctoritatem ſtatim amiſit. nam fama mortis vulgata magno initiò populi concurſu uxor vidua cum filio in ſolio collocata eſt. & adacti in fidem proceres, corpore defuncti in ſepulcro regum ſine pompa illato. mortuum laudavit luculenta oratione Regiomonti excuſa Conſtantinus Fidlerus Livonus Rigenſis, qui Gaſparem fratrem habebat imperatoris Moſcovitici domeſticum. continuo Petrus Buſmanius, qui magnas res ſub Boriſſio geſſerat, cum ſummo imperio ad exercitum mittitur. Ad Cromi obſidionem hærebat Ioannes Hodunius cognatione Boriſſio proximus, in qua ante & poſt Boriſſii obitum, & obſeſſi, & qui locum oppugnabant, nihil reliquum ad ſummam virtutem fecere. decies vis facta, & toties ſumma ab obſeſſis pertinacia repulſa. De exitu veritus Demetrius Zaporium cum delectis ad opem laborantibus ferendam miſerat, qui aſtu, cum vi non poſſet, metum & trepidationem per hoſtium caſtra ſparſit. ſimplicem hominem, qui deceptus alios deciperet, ad obſeſſos in ſpeciem mittit cum literis, qui XL CIↃ auxiliarium in propinquo eſſe nunciaret, eaque ſpe obſeſſos ad con-

conſtantiam hortaretur, cum per viam ab hoſte inſeſſam ut caperetur deduci curat. igitur captus cum literis & tortus, cum eadem quæ literis ſignificabantur, quippe vera credens, confirmaret, ingens tumultus & ſeditioni propior in caſtris ortus. Hodunius præmiſſis bis mille & cc equitibus aditus omneis ad obſeſſos inſideri jubet. ipſe reliquum exercitus robur ad hoſtem ducit. Zaporius ut rumori per hoſtium caſtra diſſeminato fidem faceret, aciem inſtruit, lixis & omni comitatu quo major numerus appareret equos inſcendere juſſo. miſſi & qui auxiliares in propinquo viſos confuſis vocibus clamabant. Acriter initio ab Hodunio certatum. Polonis haſtatis incumbentibus & mox crebreſcente de auxiliaribus rumore, Ruſſi cedere, & de defectione ſeu deditione cogitare ceperunt. primusque Petrus Buſmanus, tanto in honore à Boriſſio, dum viveret, habitus, cum aliquot ciɔ ad Zaporium tranſiens, quam potuit alta voce in Boriſſianorum conſpectu exclamavit, Demetrium imperii Moſcici legitimum heredem eſſe; proinde qui Moſcico nomini bene vellent, ſe ſequerentur. quo audito fremere univerſi, plerique transfugere, & Petrum ſequi paratos ſe dixerunt. Tum ad Petrum ſe aggre-

aggregantes proceres, Iↄ è ſuo numero ad Demetrium, qui Putivoli erat, miſerunt, & benigne accepti in fidem ab eo adacti ſunt. Id actum x kal. Iunii. Ioan. Hodunius ſummus copiarum imperator, (nam Mieriſlavius & Suiſcus, qui poſt eum primas tenebant, ſuperſtite Boriſſio & jubente Moſcuam reverterant,) è fuga retractus, quod coram Demetrio caput inclinare in ſignum ſubjectionis & Kneſaris titulum tribuere detrectaſſet, in vincula eſt conjectus. in Boriſſii caſtris LXX machinæ repertæ, & quædam tantæ magnitudinis, ut ſingulas bini viri brachiis circundatas vix complecti poſſent. ut in caſtris, ſic & Moſcuæ ſecuta animorum magna inclinatio; & jam ad Demetrii nomen populo exultante, uxor vidua defuncti cum filio & filia in cuſtodiam data fuerat: ubi hauſto veneno mater, quæ ſibi ob mariti odium & à Demetrii adventu metuebat, ultro periit, quod & filio & filiæ pariter, ut eos ludibrio victoris eximeret, propinaverat; & filius quidem ex eo pariter periit. filia contrario poculo ſtatim ſumpto ſervata eſt. ita ſcribunt, qui Demetrio favent. nam alii juſſu Demetrii cum filio matrem veneno necatam, filiam ad ſtuprum ſervatam tradunt. magnum ad eam conver-

ſionem

ſionem momentum attuliſſe dicuntur Germani, qui in Boriſſii caſtris militabant, qui transfugientes ſecum multos traxere. Biduo poſt ſolutam Cromi obſidionem magno procerum conſenſu Demetrius Moſcuam petiturus viam ingreditur. Cromo Tullam itum, ibique biduum reficiendo militi datum. inde Orlam ventum; per vias occurrente ad novi principis ſpectaculum multitudine. tandem viceſimis caſtris regiam urbem ingreſſus eſt XII kalend. quintil. Ruſſorum imperator, magnus dux Moſcoviæ aliarumque regionum princeps, & Aſtracani ac Caſſani Rex, quas duas Provincias Ioann. Baſilides imperio adjunxerat, feſta populi acclamatione ſalutatus. præcedebant Poloni equites, more gentis lanceas cuſpide ferrea præfixas geſtantes, cum tubicinibus & tympanis. hos ſequebantur aliquot ſclopetariorum CIↃ, interque eos medius Demetrii currus ſex junctis equis, inde equi ſellarii principis precioſiſſimis monilibus & auro inſtrati. proxima ſecundùm principem clericorum turba incedebat cum vexillis quadratis, in quorum ſingulis appenſa erat aut Divi alicujus imago, aut Evangeliorum liber. Popæ B. Deiparæ Virginis, & D. Nicolai, quem Moſci tutelarem colunt, ima-

gines

gines præferebant. quorum agmen Patriarcha ſive Metropolitanus, præeuntibus IIII coryæphoris claudebat. interjecto aliquo ſpatio ſolus Demetrius candido aſturcone vectus incedebat, hinc inde nobiliſſimorum & procerum caterva ſtipante: deducentibus Popis princeps ad templum B. Virgini ſacrum venit, precibusq; conceptis inde ad D. Michaëlis archangeli ædem, in qua parens ejus humatus fuerat, ducitur: in quo cum reſciviſſet Boriſſium ſepultum eſſe, è veſtigio cadaver erui, & in aliud ſacellum humilius extra urbem transferri mandavit. ædeis ejus peculiares tranſiens aſpicere non ſuſtinuit, ſed miſſis operariis ſtatim dirui juſſit, addita cauſſa, quod magico maleficio infames eſſent: & ſtatua in loco ſubterraneo collocata dicebatur, lampadem ardentem manu geſtans, artificio in ſpeciem ſuperſtitioſo, & defoſſo ſubtus pulvere nitrato copioſo, rebus ita attemperatis, ut deficiente oleo & disrupta lampade ignis pulveri illapſus, domum à fundamentis convelleret, & proximas ſecum in aërem tolleret. ſed fraude detecta ſtatua antequam artificio ſuo noceret, comminuta ferebatur. quod illi ſuperſtes Boriſſius, idem mortuo Demetrius objectabat; ut ſunt frequentes admodum

dum illis locis de magicis præſtigiis ſuſpiciones ac querimoniæ. Novus princeps inde in regum palatium protinus migravit, & publicam imperii adminiſtrationem avide capeſſivit, à Ruſſorum procerum familiaritate ſenſim alienior, & ad Polonorum externorum & Ruſſis inviſorum arbitrium cuncta diſpenſans. qua in re graviſſime peccaviſſe à multis exiſtimatur. nam juſtas cauſſas habenti, ſive hinc ſuſpicionis, ſive inde gratiæ, opportunius exſpectandum fuit tempus, ut animum renudaret, & quod mente conceperat, tempeſtive firmato imperio exſequeretur. ſed præfervido prurientis voluntatis deſiderio, & eorum qui circa ipſum plus juſto poterant ſuaſu, effectum eſt, ut impatientia, omnis mora nimis longa videretur, & præcipitatis conſiliis unà ſe fortunamq; in exitium miſer juvenis præcipitaverit. Primi dies accipiendis proceribus inſumpti & rebellibus puniendis. nobiles familiæ amplius LXX, quæ Boriſſium cognatione contingebant, vel à partibus ejus ſteterant, extra imperium deportatæ, ut bona eorum, ſicuti jactabatur, inter externos atq; adeo Polonos dividerentur, & novorum hominum coloniæ in Ruſſiam deducerentur. Hinc prima odii in novum principem ſemina, quæ eadem

& in

& in Hungaria fuerunt, his proximis temporibus. Quibus & tandem effectum, ut ad ea accedente contemptu, commotis proceribus Matthias regnum cum adjunctis & ex eadem ſucceſſione venientibus provinciis vivo videnteque fratre Cæſare creverit. inter hæc ſeveritatis initia inſigne fuit clementiæ exemplum, quo Demetrius erga Theodorum Suiſcium Romani fil. è Boiarico genere virum primarium ad mitigandam proſcriptionum invidiam uſus eſt; quæ ipſi fatalis fuit, occulto Dei judicio ita res temperante, ut eſſet, qui debitæ pœnæ per benignitatis oſtentationem exemptus, cæteros immerita pœna affectos ulciſceretur. is novi imperii pertæſus & pejora in poſterum metuens, ſpreto periculo, cum cuncti in adulationem effuſi ad pedes novi regis prociderent, ſolus fere pertinaciam ſervavit, contumacia ſua ejus iram provocans, ac præterea injurioſis de ipſo ſermonibus ſparſis, quaſi advena & terræ filio, qui de Ruſſici imperii templis cum infeſtis regni hoſtibus (Polonos his verbis deſignabat) evertendis cogitaret, & antiquam nobilitatem aſcitis novis hominibus omnino exterminare in animum induxiſſet. ea de re cum ſe in procerum Senatu multis verbis (erat enim perſua-

dendi

dendi efficax) purgaſſet, rejecta in auctorem calumniæ invidia, in Suiſcium protinus comprehenſum lata ſententia fuit, qua ob verborum petulantiam morti addictus eſt. & cum VI eid. quintiles, qui dies ſupplicio deſignatus erat, duceretur, & jam in genua prolapſus, poſt preces publice conceptas carnificis ictum exſpectaret, diplomate miſſo princeps executionem inhibuit; & mox vitæ gratiam fecit. poſt tantum favoris undique affluentis concurſum, ſoli Pleſcoviani in pertinacia perſeverantes imperium detrectabant: quos ille miſſis literis, & venia præteritorum facta una cum Palatino ipſorum vix tandem ad officium inflexit, & in gratiam recepit. Hucuſque fauſta omnia ac fortunata imperii initia, & publice vota pro Demetrii ſalute nuncupabantur, cum Boriſſii contra nomen eſſet deteſtabile. Statim etiam cuſa moneta ad memoriam principis & uſum populorum. addunt, qui in gratiam ejus ſcripſere, cum felicia omnia in poſterum ſibi de illius imperio pollicerentur, invidioſas in ærario divitias repertas, immenſam & plures myriadas excedentem auri & argenti vim, duodecim margaritarum & gemmarum modios; quæ omnia aut ab ipſo ſuperſtite brevi per profuſiones

conſumpta, aut ad oſtentationem credita, cum ipſo evanuerunt. Dicta dies inaugurationis ad kal. Septemb. fuerat, à quibus Ruſſi annum ſuum, ſicuti & Iudæi olim, auſpicantur. ſed multis de cauſſis anticipandum ratus, Quintili deſinente ſolemnitatem celebrari voluit: & ante eam, ut fides legitimæ ſucceſſioni aſtrueretur, matrem Demetrii, quæ poſt filii cædem falſo creditam Boriſſii juſſu procul à regia exiguo monaſterio incluſa fuerat, accerſiri placuit. miſſus ob id honorificentiſſimus comitatus, & venienti obviam ipſe pietate adfectata proceſſit, conſpectaque longe ex equo deſiliens, pedibus aliquanto ſpatio iter fecit, & cum lacrymis in complexum ejus ruit, & aperto capite ac pedes currum maternum ad arcem uſque proſecutus eſt: unde illa paullo poſt in monaſterium, in quod totius Ruſſiæ virgines & viduæ nobiliſſimæ de more ſecedunt, cum gynæceo ſuo migravit. Toto hoc tempore à curioſis obſervatum, tanto ſive vero ſive ſimulato cultui matrem veri Demetrii, pari affectu reſpondiſſe, quæ ex triſti ſolitudine in lætam frequentiam retracta non poterat vel falſi Demetrii, cujus hoc beneficio id debebat, præſentia non magnopere gaudere. Regnum ineunti, poſt per-
actas

actas ceremonias, P. Nicolaus Cnermcovius, è Ieſuitico ſodalitio, luculenta oratione gratulatus eſt, pari à Senatu gratulatione exceptus. Ipſis Ieſuitis amplum Moſcuæ hoſpitium haut longe ab arce attributum, in quibus ſacra more in Eccleſia Romana recepto libere peragerent; & jam tum ipſis annitentibus animi ſenſum ſenudaſſet, niſi à Suiſcio, quem modo dixi, qui jam tum de imperio cogitans firmandis rebus ſuis opportunitatem majorem quærebat, pro tempore prohibitus fuiſſet. Secura pace, ut ſibi videbatur, foris & domi parta, proxima fuit cura de gratia benemeritis Polonis rependenda, de fœdere cum ipſis ſanciendo, & nuptiis ac prole ad firmandum amplius imperium ſuſcipienda. decreta ob eam cauſam honorificentiſſima in Poloniam legatio ccc equitum, quam Athanaſius Roſclovius Ioannis filius, regni theſaurarius obivit, qui XVIII kalend. Decembris Cracoviam venit, & ad Sigiſmundum Regem introductus commiſſa mandata expoſuit; principio à Polonorum, quorum adverſus leviſſimâ atq; adeo Ruſſorum ſuorũ ſuſpecta ingenia opibus munire ſe decreverat, benevolentia captanda ſumpto; Non dubitare quin Rex & univerſus regni ſenatus magnam ceperit ex

voluptatem, quod ſpe & omni opinione citius in paternum & antiquum regnum reſtitutus ſit. ea in re & ſummam Dei benignitatem, & regis cæterorumque regni procerum, quibus ſecundum Deum hanc gratiam debeat, beneficium agnoſcere, nec ejus unquam fore immemorem. Cæterum animo verſanti, quomodo Chriſtiani nominis ac religionis fineis amplificare poſſit, moleſtiſſime accidere, quæ per tot annos damna ab infeſtiſſimo Turcorum tyranno regno ac ditionibus Chriſtianis impune illata & inflicta audiat. dolere inſuper ſibi, Hungariæ regnum olim florentiſſimum tot vulnera ab eodem accepiſſe, & quotidie accipere; quod non probro invictiſſimi Imperatoris Rodolfi dicat, cujus cura & potentia ſciat injurias à teterrimo vaſtatore illatas pari fortitudine vindicatas eſſe. nec mediocriter angi & tacita cogitatione cruciari, quod loca illa ſanctiſſima CHRISTI veſtigiis impreſſa, ejuſdemque vita, miraculis ac pretioſo ſanguine conſecrata, à cruentis & nefandæ ſuperſtitionis ſectariis inſeſſa, citra reverentiam & cultum irreligioſe conculcentur. ad ea recuperanda cum potentiſſimo Poloniæ Rege ac cæteris Chriſtianis principibus conjungere vireis, & nec ſumptu nec pro-
prio

prio ſanguini parcere decreviſſe. interim æternum fœdus cum ipſo ſancire ſtatuiſſe: eoque fine rogare, ut ſibi cum bona ipſius gratia è Polonorum gente uxorem ducere liceat Georgii Miecinſii Palatini Sendomirienſis filiam Annam Mariam. id beneficiis à patre exceptis ſe debere, qui & exulantem in Polonia honorifice exceperit, & pecunia ac milite in regnum redeuntem non citra vitæ periculum comitatus ſit. Rex benigne accepto legato in hæc verba reſpondit: Grati ac benevoli animi teſtem legationem non poſſe non ſumma benevolentia excipere, viciſſimque pro tam honorifica ſalutatione mutuam ſalutationem impertiri, eique & novo imperio omnia fauſta comprecari. magnoq; cum gaudio intelligere, tam brevi tempore regnum quod legitimæ ſucceſſioni debebatur, recuperatum. juſtiſſimi doloris ſenſum non poſſe non ſummopere laudare, quem de Turcorum ſucceſſibus capiat, & de fœdere contra Turcos libenter aſſentiri, ea tamen in re nihil niſi de communi procerum ac totius Senatus conſenſu poſſe decernere. Quod vero Sendomirienſis Palatini filiam in uxorem petat, non ſolum ſe volente, ſed optante id, illi facere liberum eſſe; ex eoque matrimonio, ut Dei gloria

amplificetur, & æternum inter potentiſſimas gentes fœdus ſanciatur, à divina majeſtate viciſſim petere ac ſperare. Secundum hæc octavo poſt die fiduciariæ nuptiæ contractæ, præeunte in verba Bernardo Maczieioveſchi epiſcopo Cracovienſi Cardinali, epulo opimo nupta & parens ejus cum Legato Moſcico à Rege excepti ſunt. menſæ aſſedere ceterorum Principum & Regis Perſarum, qui tunc in ea aula erant, oratores. pro bellariis dona à Demetrio nuptæ & parenti ejus miſſa ſunt allata, quæ cc aureorum cIↄ exceſſiſſe memorant qui hæc ſcripſere.

Moſcicam ſponſam, cum Moſcico legato, parente, & patruo ſponſæ, & toto gynæceo lente incedentem multi comitati fuerant, ſtudio longinquas provincias luſtrandi & nuptialium orgiorum occaſione tanti imperii magnitudinem & opes in publicam lætitiam effuſas viſendi. multi & lucri cauſſà è Germania & Italia mercatores illuc profecti erant: quorum ſperata gaudia triſtis exitus fruſtratus eſt: nam plerique in illo ludidrio vitam amiſere, pauci ſine ingenti damno mortis periculum evaſere. longinquitas itineris ex eo æſtimari poteſt, quod cum exeunte Ianuario proximo in viam ſe dediſſent, tantum ſexto kalendas

lendas Majas Moſcuam appulerunt, ubi aliquot dies antequam in conſpectum mutuum venirent, conſumpti ſunt. ſeptimo poſt die Petrus Baſmanius qui in aula gratia pollebat, cum comitatu aulico, & ingenti nobilium Bojarici generis numero, ſponſam in aream adduxit. in veſtibulo, tubicinum, cornicinum, idque genus muſicorum inſtrumentorum vario concentu ſalutata, & à ſponſo perbenevole accepta, viciſſim illuſtreis matronas & virgines obviam profectas humaniſſime ſalutavit; & ex gentis inſtituto in ea haut diu morata, ad monaſterium, in quo ſocrus principis parens degebat, divertit, ubi uſque ad nuptiarum ſollemnia ſe contineret. Quarto demum poſt die, jam cunctis ad magnificentiam comparatis rurſus inde in conclave regaliter inſtructum deducitur, & poſtridie poſt preces veſpertinas ſolemnia celebrata ſunt, verba faciente Ruſſorum Patriarcha. Regina itidem coronam ſumpſit ſollemni ceremonia; in qua ſceptrum, pomum, & enſis Imperatori marito (hos enim titulos Ruſſorum princeps ſibi ſumit) prælata. corona Imperatricis capiti imponenda, pulvinari holoſerico rubri coloris itidem prælata; templi parietes aulæis ejuſdem coloris aureo filo fim-

briatis regia magnificentia velati erant. inde vir & uxor uterque coronam capiti impoſitam gerentes eadem pompa inter grandem muſicorum & bellicorum inſtrumentorum ſtrepitum in arcem reducti ſunt: ubi nox, ut in tali re, hilariter transacta, non tamen vacuo à gravibus curis Demetrii animo. multa illum conjuratione ante VI menſeis adulta & jam urgente terrebant; adverſus eam externas opes & præſidia novus princeps parabat. & jam ab initio Germanos ſatellites ex Polonia adduxerat: quod cum Ruſſos ægrè ferre intelligeret, tanquam qui plus peregrinis hominibus, quam indigenis regnorum ſuorum ſubditis fideret, eaque res etiam exemplo careret; (nam neminem deceſſorum externo ſatellitio uſum;) non ſatellites tantum, verum etiam cunctos aliarum nationum milites, quos circa ſe habebat, præcipitato conſilio dimiſit; Ruſſis rem gratam facturum ſe ratus; illi vero ſine ſtipendio plerique dimiſſi indignam meritis ſuis gratiam referre quærentes, ad confinia cum Polonis itidem dimiſſis ſe contulere, & inaudita ſævitia diu graſſati ſunt; quod Ruſſos jam alienatos non parum exacerbavit. nec deerant procerum quorumdam, qui vel Demetrii nataleis ſuſpectos

ſpectos habebant, vel conſilia & mores non probabant, pronumque in externos & Polonos favorem indignabantur, inſtigationes. inde in dies aliæ atq; aliæ coitiones, quæ primo per ſuſpectorum crebras quæſtiones, flagellationes, exſilia, proſcriptiones, ſupplicia, cædeis imperatas irritatæ magis quam repreſſæ ſunt, & ad extremum in apertam defectionem deſierunt. id cum periculo proximo præſentiret Demetrius, dimiſſi militis ſera ſubeunte pœnitentia, novum ſatellitium è Livonis & Germanis ſcripſit, quibus & è Gallis, Anglis, Scotis centenos addidit. Gallorum id armorum genus, quod pertuſanas appellant, ferentium centurio erat Iacobus Margaretus Sequanus, quem nos poſtea vidimus. Veſtitus iis ex holoſerico auro intertexto. Inter Anglos Matthias Cnotſemius: inter Scotos Albertus Lanta centurionis officio fungebatur. iis arma bipennes, & veſtitus ex holoſerico feſtis diebus, profeſtis ex rubro panno optimo. Tum ſtipendia ſolito majora & pro dignitate procedebant, ſera & infirma adverſus peſtem imminentem ſubſidia. Paullo ante diverſo itinere Polonicus legatus venit Alexander Goſenſkius Corvinus, cum donis multi pretii: qui literas à Rege ſuo ad De-

metrium habebat; quæ, quia Imperatoris & Monarchę titulus aſcriptus non erat, nec acceptæ nec reſignatæ ſunt. iis excuſandis acria nec Ruſſis ferenda verba à legato addita; Iret, & Turcorum tyranno hos titulos eriperet. quæ tamen caute Demetrius diſſimulavit, opes Polonorum jam ſalutareis expertus, & in poſterum neceſſarias judicans. Dies ſequentes inutiliter inter ludos & deſidiam conſumpti. qui muneribus mercatorum pro more gentis accipiendis impenſus eſt, in Saturni diem incidit feſto tunc inter Ruſſos maxime ſolemnem, & quem illi ſuperſtitioſe Paſchali præferunt. Inde ad odium jam manifeſtum nova offenſio, cum viderent imperatorem ſuum & imperatricem coronatos in cænaculo pompa regali ſedenteis acceptis donis nuptialibus ſumptuoſum epulum tam ſuis quam exteris præbere. Aderat Polonus legatus, qui denuntiari ante juſſerat, niſi locus in menſa principis, ſicuti Moſcico Cracoviæ factum fuerat, ſibi daretur, ad convivium omnino ſe non venturum. quod enixe à Ruſſis primo negatum, ac tandem à Demetrio conceſſum. multa in eo petulanter & licentioſe acta, ac fere inter rixas, Polonis quaſi victoribus in Ruſſos ſubjugatos intemperanter ac ſuperbe

perbe ſe gerentibus. Poſtridie in patinis deauratis fercula oſtiatim iis qui munera attulerant, circummiſſa: ſed ne quis munus munere compenſatum putaret, mox patinæ repetitæ. inter tubarum clangores & tympanorum aheneorum fragores aliquot dies exacti: machinæ etiam bellicæ diſploſæ, & ad caſtellum ligneum militari ſpecie ludicrum certamen commiſſum. Iamque conjurationis indicia undique afferebantur, ante novæ ſponſæ adventum initæ, ſed dilatæ à Ruſſis, qui Polonorum ſpoliis inhiabant, qui & tantam de ea fiduciam ceperant, ut, ne mora langueſceret, minime vererentur. Demetrius initio præfidens, tum demum metuere cœpit, & Polonos, ut ſibi caverent, monuit; ipſe ſatellites novos omneis in aulam acceſſivit. jamque dies Veneris inierat, & cum hinc ad defenſionem Poloni, hinc Ruſſi contra eos ſe pararent, (nam inter eos ſolum, non etiam contra principem, certamen futurum putabatur,) ſub veſperam à proceribus populo denuntiatur, ut poſtridie in armis præſto eſſet: imperatrice interim ſecura, quæ ingenti magnificentia epulum Dominica die celebrandum apparabat. verum non ulterius cunctandum rati conjurati, Saturni die, qui in XVI kalend. Iunias inci-

incidebat, ſummo mane conveniunt, aggregante ſe ad eos non ſolum nobilitatis globo, ſed plebeia multitudine: moxque inter eos promiſcuus tollitur clamor ad Polonorum & Demetrii cædem ſe cohortantium. alii prædæ avidi confeſtim ad Polonorum hoſpitia properant, eaque obvallant, expugnant, diripiunt, cædibus cuncta permiſcent. alii ad arcem tendunt. rari in ea ſatellites, quaſi mora in Demetrio ſecuritatem, in conjuratis alacritatem augeret, nec quiſquam præfectorum viſus. Margaretus ex morbo decumbebat, ſicuti mihi poſtea narravit, qui fuit illi ſalutaris. tanta celeritate ac furore res acta, ut pleriqui Ruſſi Polonorum more veſtiti, antequam agnoſcerentur, ſint interfecti. in arce cum pauci ſatellites arma corripuiſſent; moxque poſuiſſent, Petrus Baſmanius ad tumultum ſeminudus venientibus occurrit, & à domeſtico quodā ſuo confoſſus eſt. Suiſkius, qui agmen ducebat, altera crucem, altera gladium ſtrictum manu geſtans ſub id majus tintinnabulum in incendii ſignum pulſari imperat, ut Demetrius excitaretur, & extra conclave procurreret: fama per urbem ad plebem accendendam ſparſa, Polonos in armis eſſe, & Ruſſos ad internecionem delere conſtituiſſe,

ſtituiſſe. Demetrius ſtrepitu excitatus, cum non jam incendium, ſed majus periculum inſtare cerneret; acinacem Turcicum corripit, & per feneſtram ſubito ſe demittit, præcipiti lapſu femore luxato, ex quo vix reſurgens & claudicans ſtatim à circunfuſa turba capitur, & in majorem aulam, in qua oratores externorum principum audiuntur, Suiſkii juſſu ducitur. ibi cum quidam è Bojaricis proditionem, impoſturam, vitam ſceleratam ei injurioſe exprobraret, ille, ut erat ad iram promptus, acinacem, quem geſtabat, ſubito ſtrinxit, tantoq; impetu libravit, ut hominem humi uno ictu ſtraverit. inde ad proceres converſus humiliter rogavit, ut ſibi populum alloqui liceret, & quicquid erat palam confiteri. quod illi negatum. Alii aliter narrant, & cum ſe premi videret, à Suiſkio contendiſſe, ut de impoſtura ſibi objecta per Ioannis Baſilidæ, quæ in urbe erat, uxorem veritas exquireretur. nam ſi quidem illa ſe Demetrium non eſſe diceret, non recuſare, quin protinus morte afficeretur. Suiſkium autem feminam è proximo monaſterio accerſi juſſiſſe. quæ coram proceribus religioſe ſacramento adacta, Demetrium Ioannis Baſilidæ ex ſe genitum filium, ante plures annos inſigni Boriſii perfidia im-

manis

maniter occiſum eſſe affirmavit: ſe vero ad tantum populi favorem ac concurſum initio diſſimulaſſe, neque ægre vidiſſe & tuliſſe eum, quem teterrimo tyranno dejecto Demetrii veri ultorem à Deo ſuſcitatum putabat. quibus intellectis, cunctos in impoſtorem è veſtigio ruiſſe, eumque multis vulneribus confeciſſe. Hæc ita in Petri Paterſoñi Vpſalenſis, qui in Ruſſia tunc erat, relatione perſcripta ſunt: cum alii, qui de Demetrio adhuc dubitant, in conjuratorum invidiam torqueant, quod paucorum dierum princeps, cum ſuppliciter id peteret, publice non auditus ſit, & quicquid tandem confeſſus eſt, ab ipſis caute ſit ſuppreſſum, & ſatellitem quidem Germanum qui aderat, cum herus interrogaretur, ne quid per illum emanaret, unà interfectum fuiſſe. ipſi autem crudeliter lancinato, funis per pudenda tranſmittitur, & corpus projectum per cœnum ad forum trahitur; ubi miſerabili utique ſpectaculo, ut erat luto & ſanguine fœdatum, per quatriduum in menſa extentum jacuit, & ſub ea Petri Baſmanii, qui fidem ſemel datam conſtanter uſque ad exitum ſervavit, cadaver. ad majus ludibrium ventri ſupino cæſi principis larva obſcœnæ & prodigioſæ deformitatis impoſita, inter gy-

næcei

næcei cimelia, ut ajebant, reperta; & fiſtula utricularis, qua Poloni ruſtici utuntur, ori inſerta, cum denario pro muſici cantus auctoramento, ſive, ut alii interpretabantur, quem pro portorio tranſiturus ad inferos ſolveret. Hæc crudelis laſcivia in mortuum exercita, quem vivum proceres nuper tanta veneratione coluerant. Sendomirienſem, quod diverſorium delectis firmatum haberet, inſeſſis aditibus claudere contenti, ad aliorum Polonorum domos diripiendas diſcurrunt, multi ſe gnaviter defenderunt, nec inulta morte ad extremum numero victi ceciderunt. unus Vitenefkius cum Ruſſorum impetus cum multa cæde aliquoties repuliſſet, ubi machinas adduci vidit, vexillum album in deditionis ſignum extulit, pecunia per ſuos, qua patebat aditus, (ſic enim juſſerat,) ſparſa; cui legendæ intento vulgo, ipſe cum ſuis gladio ſibi viam aperuit, magna ſtrage edita, & mox à Bojaricis ex arce ſupervenientibus in fidem eſt receptus. Miſera ſponſa non ſolum inæſtimabili gaza, ſed mundo domeſtico ſpoliata, tantum de patre & patruo ſollicita, belle ſecum actum iri putabat, ſi omni re exuta, ceterum vita ſalva in patriam, unde cum tanta pompa nuper venerat, reduceretur. interea

preca-

precarium ſpiritum ducens exigua ſpe, dum vulgi furor deſæviret, ſine veſte qua ſe tegeret, ſine lecto cui incubaret, vili induſio velata exſpectabat. Nec militares tantum viri, & qui Demetrium ſecuti fuerant, ſed mercatores multi male habiti. Ambroſius Cellarius præter xxx aureorum cIↄ jacturam, in illo conflictu vitam amiſit. Iacobus VVinus proprio enſe capite truncatus. Nathan vita ſalva cL florenorum cIↄ, Nic. Limburgenſis L jacturam fecere. Nemteſcius inſtitor Polonus pridie quam cædes facta Demetrio gemmas aliasque merces pretioſas dederat. Duo Auguſtani ultra ducenties millium aureorum, quos Demetrio crediderant, debito defraudati. Marcellius c florenorum cIↄ amiſit. Alii in illo tumultu cIↄ cc Poloni intercepti, plures à Bojaricis ſervati; cccc Ruſſi deſiderati. Rabies tandem cum ſolis occaſu occidit, & nocte illa totis plateis altum ſilentium fuit. vix à plebe furioſa impetratum, ut jacentium corpora poſtquam in cœno per triduum volutata ſunt, in cœmeterio Germanorum terræ mandarentur. Sedato tam cruento tumultu à Bojaricis in conſilium itum, & prima ac inprimis feria de principe eligendo conſultatio fuit, ne vago imperio materia novis motibus ſubinde exorituris

turis

turis præberetur. ibi Suiſkius, qui multorum favorem in ſe inclinare cerneret, quo ſibi magis eos conciliaret, & præteritorum invidiam à ſe amoliretur, hac oratione uſus dicitur: Diriſſimi tyranni odio, Proceres & cognati,& amici chariſſimi, multa à me admiſſa agnoſco, quorũ piget pœnitetque; ſed præcipuus erga principalem familiam cultus, & patriæ charitas culpam excuſare debet, & jam in ea emendanda vobiſcum non parum elaboraſſe videor. Deus maximo huic inter Chriſtianos imperio principes antiqua origine & longa ſerie ductos dederat, quos Ioannes Baſilides ordine ſucceſſionis excepit; qui quantumvis à multis injurioſe proſciſſus, tot regalis faſtigii, adjunctis ad imperium paternum regnis ampliſſimis, monumenta poſt ſe reliquit, ut, quiſquis imperii amplificatione gaudet,non poſsit non magnopere ejus animi magnitudinem laudare. ab eo olim miſſus pacem cum Stephano Polonorum Rege feci, ab eoque tempore ita in republ. & pace & bello verſatus ſum, ut nemo ſtudium,curam, charitatem merito deſiderare poſsit. vivis exempto Ioanne res labare cœperũt, Theodori infirmitate; ad quam & acceſsit fatalis orbitas,ut non tam virtute principis, ſicut antea,ſed alieno arbitrio

imperium regeretur. uxore ſterili abdicata, uti per regni leges fieri oportuit & licuit, ne aliam duceret, qui impedivit, is in imperio, ad quod jam tum aſpirabat, ſucceſſit, altero herede puero interim per ſicarios inſidioſe ſublato. poſtea ſublato ipſo latentis veneni vi, ut creditum eſt, Theodoro, & occaſione affinitatis, Boriſſio (ad nominis inviſi mentionem horret animus) ad imperium evecto, quæ non lamenta, gemitus, calamitates, ac deſolationes, toto quo rerum potitus eſt tempore, fuerunt? Itaque Demetrio, quiſquis tandem ille fuit, (nam impoſtorem fuiſſe minime nunc ambigitur,) venienti, & nos à jugo diriſſimi tyranni liberanti, fateor, manus dedi, & ut eum pro legitimo regni herede acciperetis, cum ſententiam meam rogaretis, ſuaſi & auctor fui. ſed mox ſubeunte pœnitentia cum peiora ab eo, quam quæ nuper paſſi eramus, jure metuerem, religionem majorum periclitari, leges antiquas violari, exoticos mores invehi, libertatem patriam everti, externos homines cervicibus noſtris imponi cernerem, audacter reſtiti, & cultum, qui legitimo principi debetur, huic novo tyranno cum vitæ periculo deferre detrectavi. dolet mihi ſummopere huic vitam debuiſſe, qui mortis jus in

in me non habuit; ſed debui, ut latroni, qui, cum poſſet, non eripuit. & tamen hic aliquandiu me ſcrupulus retinuit, dum plus famæ, quam conſcientiæ & ſaluti publicæ tribuo. vicit tandem pietas, & patriæ charitas, & cum vos viderem adeo bene animatos, me ducem vobis præbui, plus de regni incolumitate & magnitudine, quam de rumoribus ſollicitus. itaque conſilium tam juſtum, tam honeſtum, tam neceſſarium ac ſalutare, atque utinam non tam cruentum, concordes unà ſuſcepimus, quod Deus regnorum unicus diſpenſator exitu probavit. nunc cum crudeliſſimum Tyrannum à noſtris cervicibus depulerimus, nec ſit, qui præſtigiis ſuis magicis, & impoſturis amplius Ruſſico nomini illudat, reſtat, ut extincta, pro dolor! antiqua principum ſtirpe, quem in familia non habemus, in republica quæramus. eum autem quærere debemus, qui generis dignitate præcellat, & ante omnia majorum ſacra, ceremonias, ritus religioſe colat, cunctas virtutes ſublimitate regia dignas adjunctas habeat, experientia rerum per ætatem valeat, qui non pompa & faſtu majeſtatem regiam, ſed juſtitia & temperantia tueatur, qui firmas regnorum arces in ſuorum benevolentia ſitas putet,

& populorum opes & divitias de æra-rio ſecurus proprias exiſtimet. cum talem dico, fortaſſe me fingere putatis eum, qui non ſit, & vix eſſe poſſit. at boni & laudati civis votum eſt, eum optare principem, qui optimus ſit, aut ſi non ſit, qui talis eſſe à ſubditis exiſtimetur. Quibus dictis miſſi in ſuffragia proceres protinus eum in principem delegerunt. ille autem primo modeſte ſe excuſavit, & poſt gratias actas principatum concordibus votis honorifice delatum cupide amplexatus eſt. id actum XIII kalend. Iun. ante omnia ſcripto publicato, ut jure cæſum Demetrium omnibus appareret. mortuo crimini datum, quod ex vili homuncione monaſticam in cœnobio, quod in arce eſt, profeſſo ſe pro Ioannis Baſilidę filio geſſiſſet; nam ei verum nomen Griſkæ, ſive Gregorio Strepio fuiſſe; itaque nunquam cœnobium illud intrare voluiſſe, ne à monachis agnoſceretur. adoleſcentem autem bonis literis operam dediſſe, & hiſtoriarum lectione ſe exercuiſſe, muſices item peritum fuiſſe, eoque in genere miniſterii Patriarchæ aliquandiu inſerviiſſe; magiæ itidem addictum fuiſſe, eoque maleficio multas victorias obtinuiſſe, & ad imperium perveniſſe, magna nominis Ruſſici infa-
mia.

mia. Objecta itidem hæreſis, quod nec gentilitia jejunia aliosque dies feſtos, & ſolemneis in Eccleſia Ruſſica ceremonias obſervet. inſuper datam ab eo fidem Pontifici Romano ad extirpandam majorum religionem; prolatæque Pontificis literæ, ſive veræ ſive falſæ, ut quod promiſerat cito præſtaret, & Ieſuitis templa, collegia aliaq; neceſſaria abunde ſubminiſtraret, adhortantis. Prolatæ item & recitatæ literæ, quibus Smoloſcienſem Palatino Sendomirienſi ſocero, filiæ uxori Novogradienſem principatum, filiis vero ſoceri & affinibus Dibirienſem præfecturam attribuebat. Objectum & quod de magnatibus & nobilibus interficiendis, & Polonicis familiis in eorum locum ſubſtituendis cogitaret: in id ſpecie certaminis ludicri tormenta muralia producta quibus urbem oppugnaret, & in miſeram ſervitutem redigeret. & libertate Bojaricorum oppreſſa abſolutam in totum imperium poteſtatem uſurparet: querelæ item cumulatæ procerum & aliorum, quod nullus ad ipſum pateret aditus, multiq; non auditi à conclavis foribus per oſtiarios injurioſe repellerentur, cum Poloni intus admittebantur. ſi qui audiebantur, jus petentibus minime reddebatur. Impenſæ & nimius luxus mortuo

exprobratus. quibus nullæ opes, nulla vectigalia ſatis eſſe poſſent. thronum ex argento inaurato ſibi fabricari juſſiſſe, cujus latera ſeni leones hinc inde gradibus diviſi ambiebant; quo faſtu nullus deceſſorum fuerat uſus; ut nec illo, quo ſceptrum & coronam ſibi tanquam Regi præferri voluit: gemmis præterea & unionibus aliisque exoticis mercibus coëmundis, tum immodicis in ganeones, paraſitos, moriones, citharœdos largitionibus ærarium exhauſiſſe arguebatur; magnam inſuper pecuniæ vim in Poloniam miſiſſe, nullum interim benemeritis honorarium aut ſtipendium perſolviſſe. Additum horrendum crimen, quod Boriſſii filiæ, cujus matrem & fratres necari juſſerat, vitæ gratiam feciſſet, ut eam poſtea ſtupro contaminaret, quodque monaſterium, in quo ſponſa diverſabatur, frequentans, indignis ſpectaculis, ſaltationibus & impudicis cantiunculis profanaſſet, virginum devotarum aureis & oculos cum publica indignatione offendiſſet, pleraſque ex iis ſtupro itidem inquinaſſet; monachos & alios devotos indignum in modum habuiſſet, quoſdam etiam flagris affeciſſet. monaſteria ipſa rapacitate inaudita ſpoliaſſet, grandi pecunia ab iis mutuo ſumpta, quam nunquam

quam erat redditurus. omnium etiam damnorum quæ Poloni aliique milites dederant, culpa & odium in ipſum derivabatur. ejus juſſu ſive prævaricante indulgentia Aſtracam ſecundum Volgam late porrectam provinciam, ejuſque portus omneis, omni mercimonii è Perſia proxima advecti copia abundanteis, à piratis & prædonibus direptos. Poſtremo Polonorum tanquam in regno armis parto inſoleſcentium ſuperbia exaggerata, per quorum effœtatam libidinem ne quidem licebat magnatum uxoribus in publicum prodire. plerasque etiam è domibus & quaſi è maritorum ſinu abreptas; &, cum frequentes querelæ de hac inaudita protervia ad Demetrium deferrentur, nullum tamen in delinquenteis ſtatutum fuiſſe exemplum. unum tanto tempore judicum ſententiis damnatum, ſed cum ad ſupplicium duceretur, occiſo carnifice à Polonis quibus nihil non licebat impune, è lictorum manibus ereptum fuiſſe. Poſtremo ad plenam impoſturæ fidem faciendam, cum ſub id inſolito his menſibus gelu fruges ubique aduſtæ eſſent, plebe jam cædibus efferata id ad iram divinam referente, miſeri Demetrii corpus, quod extra urbem loco profano conditum fuerat, ſubito

refoſſum, & publico judicio igni conſumptum eſt, cineribus in aërem ſparſis. Veruſne an falſus hic Demetrius fuerit, fama in ambiguo reliquit, quæ ut eum nuper, diu poſtquam interfectus putabatur, blandiente primis auſpiciis fortuna ſuſcitaverat, ita rurſus poſtquam ab omnibus viſus mortuus & creditus eſt, denuo per novum ludibrium ſuſcitavit, ſparſo rumore, alium rurſus pro Demetrio in arce occiſum eſſe: ipſum autem ſe cauta celeritate cum paucis in tutum ſubduxiſſe. rumori ex eo fides acceſſit, quod in hippone XIIII loca equis generoſis vacua in illo tumultu reperta ſunt, quos ille, ſicuti jactabatur, fugiens ſecum abduxerat. itaque qui res turbatas in Ruſſia malebant, adjunctis ſibi Coſacis genere hominum impacato & ad prædas & violentiam militarem nato, cum Suiſkium regno inauguratum minus patienter ferrent, hoc colore arma ſumpſerunt, & Demetrio, nuſquam poſtea viſo, pro duce uſi, bellum cum Suiſkio obſtinate gerentes diu poſt Ruſſorum credulitati illuſerunt, fidemque primo Demetrio habitam hac nova impoſtura non mediocriter infregerunt. Poſt ſcriptum hoc ad leniendam facti invidiam publicatum prima cura fuit, ut legatio in Polo-

Poloniam decerneretur. Serius legati à Sigiſmundo admiſſi, cum motibus domeſticis in regno laboraretur, ineunte Ianuario. De Sendomirienſi, qui interim arctiore cum filia cuſtodia tenebatur, præcipue querebatur novus princeps, illum clandeſtinis artibus, largitionibus ac promiſſis, multorum in Ruſſia animos ſibi conciliaſſe, eorumque ope & auxilio maledictum illum monachum necromanticum & ſpurium (ſic Demetrium vocabat) in Ruſſiam cum filia traduxiſſe, qui nefarie occupato regno peregrinam religionem cultumque Dei his regionibus ignotum introducere, templa præcipua occupare, & tantas turbas dare auſus eſſet; ut c c amplius ſummæ dignitatis proceres in iis perierint. Ceterum cum apud ipſum inventæ ſint literæ quæ fidem faciant, hæc omnia conſiliis & ope Polonorum facta eſſe, itaque rogare Suam Majeſtatem Ruſſorum proceres, diſerte reſpondeat, an ipſe earum rerum particeps fuerit, & conſenſu ſuo probaverit. nam ſi juſſu ſuo facta ſunt, ſuam Majeſtatem ſatis intelligere, pacem à deceſſoribus tam religioſe juratam eo facto violatam eſſe, & belli inter eos ſolam viam reſtare. præterea petere, ut pecunia & alia ab impoſtore illo in Poloniam

 trans-

transmiſſa, ſi pacem malit, reſtituantur, & bona mercatorum à fiſco poſſeſſa veris dominis reddantur. niſi faciat, decreviſſe bellum ipſi denuntiare ac in Poloniam cum potenti exercitu deſcendere, & conjunctis cum Carolo Sueco Sudermaniæ duce copiis tantas injurias manu armata ulciſci. Ad hæc Sigiſmundus, qui motibus inteſtinis regno laborante, gentem præferocem nollet laceſſere, ſumma moderatione præterita excuſavit, nihil ſe aut Sendomirienſem feciſſe, quo pacem inter Polonos & Ruſſos innatam violaſſe dici poſſent. legitimum heredem, quem talem ſemper credidit, in regnum reductum. eo ſublato reſtare, ut damna utrinque accepta ſarciantur, & pacis inter utramque gentem inſtaurandæ rationes quamprimum ineantur. Ita ſine belli neceſſitate diſceſſum. Interea Poloni & Germani aliique ad ꟲIↄ Iↄ caute à Suiſkio novo principe ad exonerandam Ruſſiam dimiſſi, XV kalend. quintil. quibus, quia re omni ſpoliati erant, ſingulis veſtes ſingulæ è panno vili donatæ ſunt, cum exigua ſtipe, quæ vix ad limitem deductis ſufficere potuit; ut per vias turpiter mendicare cogerentur. in tres autem turmas diviſa omnis turba, ne quid conjuncti in limite moliren-

lirentur : ccc via quæ Smolenſcum ducit, Iↄ in Livoniam , & Iↄ c c per Vidim & Ploſchoviam deducti ſunt.

Extat apud Purchaſum exemplar literarum ipſius Baſilii Iohannis fil. Suiſcii ad magnæ Britanniæ Regem ; quibus inter alia ſcribit, Demetrium illum fuiſſe vero nomine Yovvſhco , Bovvgdani Otreapyove fil. in oppido Galitz ; & in monaſterio Chovvdo attonſum, ob crebra facinora tandem fuga ſe ſubduxiſſe in Lithuaniam , ibique Polonorum inſtinctu technas haſce commentum, quæ *Ruſſiam tantis cladibus cumularunt.*

Porro Suiſcii haud melior fortuna neque fama fuit ; quippe quem malis artibus & Tartarorum ope multos nobiles ſibi ſuſpectos interemiſſe ſcribunt, & inprimis tres fidos ſibi miniſtros, cognomine Michaëlides ; quia è ſortilegis & divinis intellexerat , quemdam Micholovvich ipſi in principatu ſucceſſurum. Poloni quoque haud ſegniter novum Demetrium in ſcenam produxerunt, (&, ſi vera narrant Angli, etiam conjugi alterius per hunc illuſerunt , licet hic priori omnino eſſet diſſimilis,) qui quum metropolim Moſcoviam arcta obſidione jam premeret, auxiliis per Sueciæ Regem Ruſſo ſubmiſſis territus ſuos deſeruit, & noctu cum paucis aufu-

git. Interim Poloniæ rex cum maximis copiis in Ruſſiam deſcendit, & Smolenſkam obſedit; & mox alter Polonorum exercitus una cum novo hoc Demetrio Moſcuam. Suiſcius denique, ad extrema redactus, quum monaſterium eſſet ingreſſus, à furente vulgo extractus, & Polonis una cum arce fuit traditus. Poloniæ quoque Rex poſt diuturnam obſidionem Smolenſka potitur, anno 1610, menſe Iulio; & cum captivo ſuo in Poloniam revertitur. Longum eſſet, neque hujus operæ, referre omnia quæ crudeliter utrimque in Ruſſia geſta fuerunt; Hiſtoriographis iſta relinquimus.

Poſtquam Suiſcius in hunc modum principatu excidiſſet; mera anarchia in Ruſſia aliquandiu fuit. Nam auſtrales Ruſſiæ provinciæ ad Vladiſlaum Poloniæ Principem ſe applicuerunt; ſeptentrionales alium requirebant; relicta Demetrii cum novo marito res novas in Aſtracanenſi provincia moliente. Legatio ad Poloniæ Regem decreta, & pacta quæ inter ſupremum exercitus Poloni præfectum & quoſdam Ruſſiæ magnates interceſſerant ex parte confirmata: à quibus tamen Ruſſi, animorum inconſtantia, & peregrini dominatus metu, quantocius reſilierunt; mul-

multum indignante Polono, qui & Cancellarium Ruſſiæ Albertum Iuanoviz Mſciſlavvſky detinuit.

Dum omnia in Ruſſia perturbatiſſima ſunt; quietis lux affulſit ex inopinato unius hominis, & quidem ignobilis, audaci pariter & forti facinore. Is fuit (uti memorant) lanius quidam, vir robore præſtans. qui circa Dvvinam in partibus ſeptentrionalibus; in nobilium ignaviam & quæſtorum rapinas invectus apud vulgus, author ipſis fuit ut fortem aliquem virum in Ducem ſibi legerent, & fidos quæſtores conſtituerent, atque ita forti animo Polonos è finibus ſuis eliminarent. Aſſenſit vulgus, & ipſius conſilio uſum, nobilem quendam inopem, ſed militiæ valde gnarum, & rebus bene geſtis clarum, atque è vulneribus quondam acceptis jam debilem, (Pozarzky illi nomen,) ſibi in Ducem elegerunt, & lanium hunc ærario, quod promte ab ipſis congeſtum, præpoſuerunt. Vterque autem tam fideliter & fortiter ſuis partibus functus eſt, ut magnus exercitus quantocius collectus, & Moſcuam ductus, Polonos ab obſidione arcis diſcedere coëgerit. Dehinc Kneſio Demetrio Maſtrouksvvich Tartaro, qui alia parte cum exercitu Coſaccorum

rum

rum res gerebat, ſibi adjuncto, cum Boriſſio Liciu, militari laude inter Ruſſos claro, deliberare cæperunt de eligendo Principe qui univerſis Ruſſis imperaret. Variatum primo ſententiis; ſed tandem convenit, filium Cancellarii in Polonia captivi Michaëlem Phederovvich in Ruſſiæ Principem aſſumere. Legati dein ad vicinos reges & principes, nec non longinquos miſſi; &, legatis magnæ Britanniæ regis, aliorumque Regum, principumque, atque adeo & fœderati Belgii Ordinum generalium, annitentibus, pax cum Seciæ Rege, & induciæ cum Poloniæ Rege perfectæ; & pater Principis è carcere dimiſſus in Ruſſiam rediit, &, Patriarchæ dignitate aſſumta, rerum ſummam una cum filio feliciter hactenus moderatur.

IX.

De Samoëdarum moribus.

A Belgis noſtris fuit obſervatum, Samoitarum habitum & mores feritatem quidem præferre; eſſe tamẽ ingenio ſatis capaci & ad res percipiendas idoneo, quum & de maris vicini natura appoſite reſponderent. Veſtitum habent è pellibus renonum, quibus à capite ad calcem uſque muniuntur. Coma

ma omnibus promiſſa, eaque in cirrum compoſita de ſcapulis propendet. Statura illis brevis, facies lata & plana, oculi parvi, crura brevia, genubus prominentibus. Agiles ſunt, curſu juxta valentes atque ſaltu. Trahas eorum renones promovent, tam celeri curſu ut equos ſuperent. Sunt idololatræ, habentque ſigilla quædam lignea, impolita & rudia, quæ numinis loco colunt precibus & ſacrificiis. Nullas habent urbes, ſed gregatim in campis degunt. reguntur que à ſenioribus aliquot. In victu ſunt immundi; victitantque ferina fére; frugum paniſque penitus ignari. Optimi ſunt ſagittarii: accepto namque nummulo, & ſtipiti affixo, tam certo è longinquo ut vix videre illum poſſint eum tangùnt, ut miraculo ſint intuentibus. Arcus è lento & flexibili quodam ligno fabricant: ſagittas lapidibus acutis aut piſcium ſpinis aſperant: eaſdem ſpinas pro acubus uſurpant; uti & nervos quorundam animalculorum pro filis. Tuguriola ſua pellibus alcium & ſimilium animalium contegunt. Divitiarum ipſis magnus contemtus; adeo ut ne pretioſas quidem pelles, quibus ſupra modum abundant, ullo loco habeant.

X. Ma-

ma omnibus promiſſa, eaque in cirrum compoſita de ſcapulis propendet. Statura illis brevis, facies lata & plana, oculi parvi, crura brevia, genubus prominentibus. Agiles ſunt, curſu juxta valentes atque ſaltu. Trahas eorum renones promovent, tam celeri curſu ut equos ſuperent. Sunt idololatræ, habentque ſigilla quædam lignea, impolita & rudia, quæ numinis loco colunt precibus & ſacrificiis. Nullas habent urbes, ſed gregatim in campis degunt. reguntur que à ſenioribus aliquot. In victu ſunt immundi; victitantque ferina fére; frugum panisque penitus ignari. Optimi ſunt ſagittarii: accepto namque nummulo,& ſtipiti affixo,tam certo è longinquo ut vix videre illum poſſint eum tangunt, ut miraculo ſint intuentibus. Arcus è lento & flexibili quodam ligno fabricant: ſagittas lapidibus acutis aut piſcium ſpinis aſperant: ejuſdem ſpinas pro acubus uſurpant; uti & nervos quorundam animalculorum pro filis. Tuguriola ſua pellibus alcium & ſimilium animalium contegunt. Divitiarum ipſis magnus contemtus; adeo ut ne pretioſas quidem pelles, quibus ſupra modum abundant, ullo loco habeant.

X. *Ma-*

X.

Magnus Moſcorum Dux.

Magnus Dux Moſcorum eſt dominus ampliſſimæ regionis, inter cujus fines comprehenduntur multæ ditiones. Septentriones verſus pertingit ejus ditio ad Oceanum ſeptentrionalem, protenditurque à ſinu Graduico ad Oby fluvium: à meridie continuatur ejus imperium, ſecundum curſum fluvii Volgæ, ad mare Caſpium uſque: ad occaſum attingit fines Livoniæ, habetq; fere pro termino Boryſthenem, ſicut ab ortu Volgam. Dicunt aliqui, totum hoc Imperium in longitudinem protendi ad tria milliarium millia, in latitudinem ad mille quingenta, quo ſpacio continentur 15 Ducatus, 16 Provinciæ, & duo regna. Moſci quondam Tartaris ſubditi erant: nam Boido eorum Princeps anno 1140 ſubjugavit totam Moſcoviam; ſed Iohannes I Magnus Dux confiſus diſcordiis Tartarorum, qui ſe mutuo vexabant, negavit eis tributum. Progreſſu temporis, cum à Tartaris Precopenſibus ſuperatus eſſet Ammetes, ultimus ſucceſſor Boidi, qui mortuus eſt Vilnæ, adjunxit Magnus Dux ſuæ ditioni Permiam, Veatiam & Iugriam, quæ Ammeti ſubditæ erant. Cre-

ſcentibus itaque ſemper magnorum Ducum viribus, cepit Baſilius Cazan, & Iohannes II Citrachan provincias, quæ nomina regnorum habent. Ut dicatur quod verum eſt: Magni Duces valde dilatarunt ſuum imperium: ceperunt magnum Ducatum Severienſem & Smoloſcenſem Bielſchienſem, Preſcovienſem, Novoguardienſem, Iaroſlavienſem Roſcovienſem, partim à Polonis, partim ab aliis principibus: occuparunt magnam Livoniæ partem, feceruntque ſe terribiles vicinis. Principes & primariæ civitates harum provinciarum ſunt Moſqua, ubi Metropolita habitat: Roſcovia & Novoguardia ſedes Archiepiſcoporum: Gortiſa, Reſania, Columna, Suſdelia, Caſanum, Velogda, Tueria, Smolenzco, quæ Epiſcopatus ſunt: deinde Pleſcovia, Porcovia, Staricia, Slaboda, Iaroſlavia, Volodomeria, (unde Imperii ſedes tranſlata eſt per Iohannem II in civitatem Moſquam,) Moſaiconum Nicolai, Sugana, Uſtiud, Cargapolia. Princeps habitat in civitate Moſqua, quæ nomen ſumit à Moſco flumine, quod 90 milliaria altius oritur. Fuit civitas Moſqua quondam major, quam nunc eſt, habebatque in circuitu novem milliaria, ſed poſtquam anno 1570 direpta, flammisque tradita

 ſui-

Creſcentibus itaque ſemper magnorum Ducum viribus, cepit Baſilius Cazan, & Iohannes II Citrachan provincias, quæ nomina regnorum habent. Vt dicatur quod verum eſt: Magni Duces valde dilatarunt ſuum imperium: ceperunt magnum Ducatum Severienſem & Smoloſcenſem Bielſchienſem, Preſcovienſem, Novoguardienſem, Iaroſlavienſem, Roſcovienſem, partim à Polonis, partim ab aliis principibus: occuparunt magnam Livoniæ partem, feceruntque ſe terribiles vicinis. Principes & primariæ civitates harum provinciarum ſunt Moſqua, ubi Metropolita habitat: Roſcovia & Novoguardia ſedes Archiepiſcoporum: Gortiſa, Reſania, Columna, Suſdelia, Caſanum, Vologda, Tueria, Smolenzco, quæ Epiſcopatus ſunt: deinde Pleſcovia, Porcovia, Staricia, Slaboda, Iaroſlavia, Volodomeria, (unde Imperii ſedes tranſlata eſt per Iohannem II in civitatem Moſquam,) Moſaiconum Nicolai, Sugana, Vſtiud, Cargapolia. Princeps habitat in civitate Moſqua, quæ nomen ſumit à Moſco flumine, quod 90 milliaria altius oritur. Fuit civitas Moſqua quondam major, quam nunc eſt, habebatque in circuitu novem milliaria, ſed poſtquam anno 1570 direpta, flammiſque tradita

fuit à Tartaris Precopenſibus, non habet nunc in ambitu ultra quinque miliaria, ſtabulanturque in ea cum hominum 30 millibus boves, aliaque talia pecora, ſecundum relationem, quam Poſſevinus, non minus judicio bonus, quam diligens ſcriptor fecit. Novoguardia cognomen magnæ habet, & tamen idem ſcriptor ei attribuit ultra 20 habitatorum millia, ſicut & Smolenzko & Pleſcoviæ. Quod mihi difficile creditu videtur, ſi verum eſt quod alii ſcribunt, ſcilicet quod cum Pleſcovia obſideretur à Stephano Rege Poloniæ, in ea fuiſſe 50 peditum & 7 equitum millia: is numerus adeo magnus eſt, ut quamvis totus ex indigenis compoſitus non fuiſſet, requirat tamen frequentiam hominum ſupra dicta majorem. Vbi enim princeps intrudit implicatque 57 pugnatorum millia, neceſſe eſt, ut ordinarius inhabitatorum numerus multo major ſit. Volunt quidam hanc regionem præteritis temporibus frequentius inhabitatam fuiſſe: ſed quod poſtea tribus de cauſis habitatoribus infrequentior facta ſit: prima fuit peſtis (res nova in Moſcovia) quæ multa hominum millia abſtulit: altera principum crudelitas, qui multos, potiſſimum nobiles, occiderunt: tertia

excurſiones & deprædationes Tartarorum Præcopitarum & Nagaiorum, qui nunquam quieſcunt, nec vicinos quiete frui ſinunt: non deprædantur ſolum agros, ſed & abducunt totos populos, quos poſtea vendunt Turcis, aliiſque gentibus. Vt uno verbo dicam, Magnorum Ducum irruptiones in longinquas regiones magnam fecerunt vaſtitatem. Nulla in re melius perſpicitur principis prudentia, quam in bene diſpiciendo, quæ expeditio ſuo ſtatui ſit futura damnoſa aut utilis, & dum decipi ſe non patitur vana ſpecie amplitudinis arripiendæ, quæ non ſit ei futura firma & ſtabilis, ſed ſecuritatem ſuam turbatura. Is enim, qui ea ſpe ductus ut ſtatum ſuum amplificet, eum aut populo aut opibus enervat, mihi ſimilis eſſe videtur illi, qui ut muros & tecta ſuæ domus altius tollat, conſcindit fundamenta ædificii. Totius dignitatis caput eſt, conſervare: ſed acquiſitiones illæ, quæ fiunt diminuendo vires proprias, illi legi adverſantur: cumque acquiſitiones ſint tanquam inſitiones, conditionem imperii meliorem, non deteriorem facere debent. Sicut enim fiunt inſitiones, aut ad nobilitandam, aut ad domeſticam reddendam arborem ſylveſtrem, aut ad

excurſiones & deprædationes Tartarorum Præcopitarum & Nagaiorum, qui nunquam quieſcunt, nec vicinos quiete frui ſinunt: non deprædantur ſolum agros, ſed & abducunt totos populos, quos poſtea vendunt Turcis, aliiſque gentibus. Vt uno verbo dicam, Magnorum Ducum irruptiones in longinquas regiones magnam fecerunt vaſtitatem. Nulla in re melius perſpicitur principis prudentia, quam in bene diſpiciendo, quæ expeditio ſuo ſtatui ſit futura damnoſa aut utilis, & dum duci ſe non patitur vana ſpecie amplitudinis arripiendæ, quæ non ſit ei futura firma & ſtabilis, ſed ſecuritatem ſuam turbatura. Is enim, qui ea ſpe ductus ut ſtatum ſuum amplificet, eum aut populo aut opibus enervat, mihi ſimilis eſſe videtur illi, qui ut muros & tecta ſuæ domus altius tollat, conſcindit fundamenta ædificii. Totius dignitatis caput eſt, conſervare: ſed acquiſitiones illæ, quæ fiunt diminuendo vires proprias, illi legi adverſantur: cumque acquiſitiones ſint tanquam inſitiones, conditionem imperii meliorem, non deteriorem facere debent. Sicut enim fiunt inſitiones, aut ad nobilitandam, aut ad domeſticam reddendam arborem ſylveſtrem, aut ad

plantam infrugiferam emendandam, & ut fertilis ſit faciendum, ita & expeditiones principum tales eſſe debent, ut commoda & beneficia referant, aliàs ſunt inutiles labores, qui plus deſtruunt quam ædificant, & plus perturbationis quam ſecuritatis reddunt. Ejuſmodi ſunt ordinarie bella, quæ moventur ad acquirendum regiones longe diſſitas, quæque nihil contigui cum noſtris habent. Cum enim tam procul abſunt, requirunt majora præſidia, quam noſtræ facultates, ut eas conſervemus, ferunt. Omnis itaque deliberatio expeditionum, tribus capitibus inniti debet: prima eſt cauſæ æquitas: altera facilitas vincendi: tertia fructus victoriæ. Bella autem quæ ſuſcipiuntur ſine ſpe alicujus fructus, ſunt meræ amentiæ. Magni Duces ſæpe terminos ſui imperii dilatarunt, ſed potentiam non auxerunt. Nemo expeditiones longinquiores, majorumque expenſarum fecit, quam Magnus Dux Iohannes. Cepit enim regna Cazan ad Volgam, & Aſtrachan ad mare Caſpium: ſubjugavit bonam partem Livoniæ. in quibus expeditionibus periit magnus hominum numerus, in itineribus, in præliis, adſultibus, ferro, morbo, fame, aliiſque incommodis. Poſtquam ea acquiſivit, fuit opus ibi habere magna præſidia, deducendo eò totas colonias. Cum itaque homines eſſent longe à domubus, implicati aut in acquirendo alieno, aut in conſervanda parte, manſerunt domi uxores, quaſi viduæ abſque prole. Cum itaque homines in extremis regni finibus conſumebantur, remanſit regni medicullium tanquam cor exangue, privatumque alimento. cumque ab Stephano Rege Poloniæ impeteretur, defuere ipſi domi vires ad reſiſtendum. amiſit itaque Polociam, aliaque magni momenti loca, quæ ei erepta fuere, ac neceſſe habuit tradere Polonis totam Livoniam. Ut ad noſtrum inſtitutum revertamur: Moſcovia magna ex parte eſt occupata ſylvis immenſis, & lacubus. Sylvæ ſunt rami Herciniæ, quæ ſe per totum Septentrionem diffundit, ſed plus forſitan in hac provincia, quam in alia. Hic arbores immenſæ magnitudinis videntur, ſuntque propter earum ſpiſſitudinem Solis radiis impenetrabiles: ex iis arboribus incredibilis reſinæ & picis quantitas effluit. Hic producitur copia mellis & ceræ inexhauſta. Apes enim abſque cura humana, faciunt alvearia in corticibus & cavitatibus arborum. Hic eſt copia omnis pecoris & ferarum, ut ſunt mar-

quiſivit, fuit opus ibi habere magna præſidia, deducendo eò totas colonias. Cum itaque homines eſſent longe à domubus, implicati aut in acquirendo alieno, aut in conſervanda parte, manſerunt domi uxores, quaſi viduæ abſque prole. Cum itaque homines in extremis regni finibus conſumebantur, remanſit regni meditullium tanquam cor exangue, privatumque alimento. cumque ab Stephano Rege Poloniæ impeteretur, defuere ipſi domi vires ad reſiſtendum. amiſit itaque Poloniam, aliaque magni momenti loca, quæ ei erepta fuere, ac neceſſe habuit tradere Polonis totam Livoniam. Vt ad noſtrum inſtitutum revertamur: Moſcovia magna ex parte eſt occupata ſylvis immenſis, & lacubus. Sylvæ ſunt rami Herciniæ, quæ ſe per totum Septentrionem diffundit, ſed plus forſitan in hac provincia, quam in alia. Hic arbores immenſæ magnitudinis videntur, ſuntque propter earum ſpiſſitudinem Solis radiis impenetrabiles: ex iis arboribus incredibilis reſinæ & picis quantitas effluit. Hic producitur copia mellis & ceræ inexhauſta. Apes enim abſque cura humana, faciunt alvearia in corticibus & cavitatibus arborum. Hic eſt copia omnis pecoris & ferarum, ut ſunt mar-

tures, zibellini, lupi; ex quorum pelli-
bus fit dives mercatura. Ex his *ſylvis*
exſcinditur fere omnis materia, tam
domubus, quam munitionibus fabri-
candis apta. Muri enim civitatum fiunt
ex trabibus ſimul conjunctis in qua-
drante, implentque vacuum gleba &
terra: faciunt quoque ex eiſdem trabi-
bus turres, tantæ altitudinis & craſſitu-
dinis, ut omne tormentum bellicum,
quantumvis magnum, ferant. Cito
flammis corripiuntur, ſed non tam ci-
to cedunt quaſſationi quæ fit tormentis
bellicis. Diſputant aliqui, quales muni-
tiones meliores ſint, num ex lapide, aut
ex calce, aut ex terra. Pro ultima ſen-
tentia adducunt tales cauſas, quod ci-
tius fiant, & minori expenſa, meliusque
reſiſtant quaſſationi, & quamvis facile
deſtruuntur, reficiantur quoque brevi
tempore; faciliusque mutatur (ſi caſus
& occaſio neceſſitasque requirit) latus
ex terra conſtructum, quam ex lapide.
Sed his non obſtantibus debent præfer-
ri munitiones, quæ muros ex lapide ha-
bent. Cum enim quatuor modi offen-
dendi munitionem ſint, tormenta, cu-
niculi, ignis, exciſio, (quæ ligone & ſar-
culo fit;) murus ex lapide, forte minus
reſiſtendo quam terra, cedendo tor-
mentis bellicis præſtabit. Sed adverſus

cuniculos, ignem, & exciſionem, longe
excellit murus ex lapide. Et ad jungen-
dum muro quod in munitionibus, ex
ligno & terra conſtructis, boni eſt, eri-
guntur aggeres intrinſeci. De aquis ni-
hil opus eſt dicere. Moſcovia enim eſt
mater fluviorum & lacuum: Dvvinæ,
Boryſthenis, Volgæ, Deſnæ, Onegæ,
Moſæ, Voliſcæ, & fama celeberrimi Ta-
nais: lacus Inæ, ad quem eſt magna No-
vogardia: Voloppo, multorumq; alio-
rum. Aquarum abundantia reddit aë-
rem magis frigidum, quam generationi
animalium & propagationi plantarum
requiritur, etſi frigus calore ſalubrius
eſſe æſtimatur. Pecudes parvæ ſunt, &
ſegetes aliquando non perveniunt ad
maturitatem: terra fere ab aquis ab-
ſorpta, ut plurimum levis eſt, & areno-
ſa, ideoque & ſiccitas & pluvia immo-
derata, facile conſumunt fruges. Hyems
durat novem menſes, paulo plus aut
minus, & tamen hic copia eſt frugum,
hordei & paſcuorum, & ex conſequenti
carnium, tam ferinarum, quam man-
ſuetarum. Moſcovia producit poma,
nuces, corylos. Aliorum fructuum vix
habent notitiam Moſci, qui ex piſcibus
faciunt magnum lucrum; eorum ſi-
quidem maximam abundantiam ha-
bent. Indurant eos frigore & vento,

cuniculos, ignem, & exciſionem, longe excellit murus ex lapide. Et ad jungendum muro quod in munitionibus, ex ligno & terra conſtructis, boni eſt, eriguntur aggeres intrinſeci. De aquis nihil opus eſt dicere. Moſcovia enim eſt mater fluviorum & lacuum : Dvvinæ, Boryſthenis, Volgæ, Deſnæ, Onegæ, Moſæ, Voliſcæ, & fama celeberrimi Tanais: lacus Inæ, ad quem eſt magna Novogardia: Voloppo, multorumq; aliorum. Aquarum abundantia reddit aërem magis frigidum, quam generationi animalium & propagationi plantarum requiritur, etſi frigus calore ſalubrius eſſe æſtimatur. Pecudes parvæ ſunt, & ſegetes aliquando non perveniunt ad maturitatem : terra fere ab aquis abſorpta, ut plurimum levis eſt, & arenoſa, ideoque & ſiccitas & pluvia immoderata, facile conſumunt fruges. Hyems durat novem menſes, paulo plus aut minus, & tamen hic copia eſt frugum, hordei & paſcuorum, & ex conſequenti carnium, tam ferinarum, quam manſuetarum. Moſcovia producit poma, nuces, corylos. Aliorum fructuum vix habent notitiam Moſci, qui ex piſcibus faciunt magnum lucrum ; eorum ſiquidem maximam abundantiam habent. Indurant eos frigore & vento,

ſicut fit in Norvvegia, aliiſque in locis ſeptentrionalibus, ſervantque eos pro bona annona tam in præſidiis munitionum, quam in domubus privatorum. Regio non eſt multum mercaturæ dedita, quia indigenę ſuapte natura non ſunt admodum induſtrii. Nec poſſunt ibi eſſe multa mercimonia, ubi non florent artes & artificia: tum quod Moſcis non licet ditione ſui Principis excedere. Ob has cauſas non habent ullum uſum maris. Commutant tantũ ea quæ regio fert, nempe pelles, reſinam, cum panno, aliisq; quæ Armeni perferunt in Aſtrachan ad mare Caſpium, & Angli ad fanum Nicolai, ad ſinũ Graduicum.

Regimen.

MAgnus Dux Moſcorum regit ſuos populos magis deſpotice, quam ullus alius Princeps, quem novimus: diſponit enim abſolute de perſonis ſubditorum, & ipſorum rebus. ideo dicebat Mahumetes Veſirus, quod Moſcus & Turca, ſoli inter Principes eſſent domini ſuorum dominiorum, eaque de cauſa putabat expeditionem Stephani Regis Polonorũ plenam difficultatibus fore. Vt in ſua potentia & authoritate ſe Magnus Dux conſervet, utitur artificio & induſtria incredibili. Primo non licet cuiquam ſuorum vaſallorum exire

regni fines, ſub pœna mortis. Hac de cauſa nemo ſuorum ſubditorum navigat, nec cum legato externi Principis loqui poteſt, nec uti opera externi medici, in ſuis morbis, niſi cum venia. Vtitur apparatu inæſtimabili in veſtitu, addens ornatum Pontificium cum majeſtate Regis: fert capite mitram, margaritis & gemmis precioſiſſimis nitentem: ſi eam capite non gerit, habet eam coram ſe in ſuo throno, mutatque eam ad oſtentandam amplitudinem multis vicibus: in ſiniſtra manu tenet paſtorale ditiſſimum, indutus veſte, aut tunica longa, illi non abſimili quam Papa gerit ingrediens ſacrarium: digitos annulis aureis refertos habet: imago Chriſti ad dexteram, & ſanctiſſimæ matris virginis ſuper cathedram, in qua ſedet, eſt. Regia & proregia camera eſt plena viris, veſtibus auro depictis uſque ad talos indutis. In ceremoniis ad religionem ſpectantibus utitur exquiſita ſagacitate ſolertiaque. Cum aſſidet menſæ, quoties mutantur patinæ, aut vult bibere, multa ſigna crucis edit. In jejuniis exhibet ſingularẽ venerationem, & in templo præ devotione fronte terrã percutit, ſicut & alii. Ne alius plus ipſo ſcire poſſit, nullæ ibi ſcholæ, præterquam in quibus docetur legere & ſcribere. Nihil legunt præter

regni fines, ſub pœna mortis. Hac de cauſa nemo ſuorum ſubditorum navigat, nec cum legato externi Principis loqui poteſt, nec uti opera externi medici, in ſuis morbis, niſi cum venia. Vtitur apparatu inæſtimabili in veſtitu, addens ornatum Pontificium cum majeſtate Regis: fert capite mitram, margaritis & gemmis precioſiſſimis nitentem: ſi eam capite non gerit, habet eam coram ſe in ſuo throno, mutatque eam ad oſtentandam amplitudinem multis vicibus: in ſiniſtra manu tenet paſtorale ditiſſimum, indutus veſte, aut tunica longa, illi non abſimili quam Papa gerit ingrediens ſacrarium: digitos annulis aureis refertos habet: imago Chriſti ad dexteram, & ſanctiſſimæ matris virginis ſuper cathedram, in qua ſedet, eſt. Regia & proregia camera eſt plena viris, veſtibus auro depictis uſque ad talos indutis. In ceremoniis ad religionem ſpectantibus utitur exquiſita ſagacitate ſolertiaque. Cum aſſidet menſæ, quoties mutantur patinæ, aut vult bibere, multa ſigna crucis edit. In jejuniis exhibet ſingularē venerationem, & in templo præ devotione fronte terrā percutit, ſicut & alii. Ne alius plus ipſo ſcire poſſit, nullæ ibi ſcholæ, præterquam in quibus docetur legere & ſcribere. Nihil legunt præter

Evangelia, & aliquam hiſtoriam, aut deſcriptionem vitarum ſanctorum, aut homiliam S. Iohannis Chryſoſtomi, aut alterius; haberetque eum ſuſpectum, qui demonſtrationem faceret, ſe velle in literis majorem progreſſum facere; nec impune ferret: id facit, ne aliquis plus ipſo, aut quantum ipſe ſapiat: indeq; accidit, ut ſcribæ, nec ipſimet antiſcribæ, ordinarie nō ſcribant nec reſpondeant Legatis Principum externorum, niſi in quantum Magnus Dux eis dictat. Cum negotiantur, nunquam Magnus Dux nominatur, quin omnes aſſurgant in pedes, cum magna veneratione: idem etiam ad menſam fit, quando ipſe ad bibendum invitat, aut participem facit ſuæ patinæ aliquem. fit id quoq; in mille aliis ſimilibus occaſionibus. Docentur à pueris Moſci credere & loqui de ipſorum Principe ſicut de Deo: Deus ſolus (dicunt) & magnus Dominus ſcit hoc: Magnus noſter Dominus ſcit omnes res: Omne quidquid habemus, ſanitatis & commodi, procedit à magno Domino. Accidit inde, ut ſui ſubditi, videntes tantam amplitudinem majeſtatemque in ſuo Principe, nec aliarum quàm ejus rerum notitiam habentes, revereantur ipſum, obediantque ei non ſicut ſubditi, ſed tanquam mancipia, habeantq; eum pro

pro Deo potius, quam pro Principe. Non habet ſub ſe dominos titulis inſignes, ſicut inter nos ſunt Duces & Barones. Si ipſe alicui pagum aut prædium concedit, non tranſit ad hæredes; niſi id ipſe confirmet. Et ſi ipſe aliis ea conceſſerit, villici tamen perſolvunt ei portionem fructuum, debentque ei operas: id in cauſa eſt, ut unuſquiſque à nutu Magni Ducis dependeat, & quanto aliquis ditior ſit, tanto ei plus debeat. Vt obviet ſeditionibus, transfert integras familias ex uno loco in alium, mittitque in præſidia quos vult, longe à domo, tanquam in exilium.

Divitiæ.

EX iis, quæ dicta ſunt, fieri poteſt judicium de ejus divitiis, opibusque. Cum itaque ipſe adeo abſolute omnium rerum dominus ſit, utitur opera ſubditorum pro libitu, & tali parte ipſorum bonorum, ſicut ipſi placet. Arrogat ſibi ex ferarum exuviis talem portionem ac vult, & ex piſcibus omnis generis quantum vult: pellicea vendit aut dat dono, prout libet: piſces vento ſiccati ſervantur pro munitione. In foro nemo ſua vendere poteſt, niſi Principis primum vendita ſunt. Minæras auri & argenti nullas habet. Civitates mercimoniis celebriores, unde ipſe maximá redituum partem

pro Deo potius, quam pro Principe. Non habet ſub ſe dominos titulis inſignes, ſicut inter nos ſunt Duces & Barones. Si ipſe alicui pagum aut prædium concedit, non tranſit ad hæredes; niſi id ipſe confirmet. Et ſi ipſe aliis ea conceſſerit, villici tamen perſolvunt ei portionem fructuum, debentque ei operas: id in cauſa eſt, ut unuſquiſque à nutu Magni Ducis dependeat, & quanto aliquis ditior ſit, tanto ei plus debeat. Vt obviet ſeditionibus, transfert integras familias ex uno loco in alium, mittitque in præſidia quos vult, longe à domo, tanquam in exilium.

Divitiæ.

EX iis, quæ dicta ſunt, fieri poteſt judicium de ejus divitiis, opibusque. Cum itaque ipſe adeo abſolute omnium rerum dominus ſit, utitur opera ſubditorum pro libitu, & tali parte ipſorum bonorum, ſicut ipſi placet. Arrogat ſibi ex ferarum exuviis talem portionem ac vult, & ex piſcibus omnis generis quantum vult: pellicea vendit aut dat dono, prout libet: piſces vento ſiccati ſervantur pro munitione. In foro nemo ſua vendere poteſt, niſi Principis primum vendita ſunt. Minæras auri & argenti nullas habet. Civitates mercimoniis celebriores, unde ipſe maximâ redituum

partem

partem percipit. ſunt Aſtrachan ad ma-
re Caſpium, quo deferuntur merces Per-
ſiæ & Armeniæ, & fanum Nicolai ad ſi-
num Graduicum, quo appellunt naves
Anglorum & Hollandorum oneratæ
ære, aliisque mercibus, quæ inde Vologdam ducuntur. Vbi ſui legati domum
ſunt reverſi, aufert eis lautia, quæ à
Principibus acceperunt, dando aliquid
in illorum vicem, & aliquando nihil. Vt
finem faciam, ſibi metit capitque quid-
quid in ſua ditione aut boni aut precio-
ſi eſt. Putatur ipſum aliquem theſaurum
habere, in arcibus Moſquæ, Iaroſlaviæ,
& lacus Albi. quod veriſimile eſt. Ma-
gnus enim Dux Iohannes ſpoliavit cali-
cibus, reliquiis, crucibus, & argento to-
tam fere Livoniam, nec concedit aurum
& argentum ſua ditione efferri, niſi in
redemptionem bello captivorum, alio-
rumq; qui in captivitatem abducti ſunt.
Verum quidem eſt, quod amiſſione Li-
voniæ, quam an. milleſimo quingenteſi-
mo octogeſimo ſecundo ceſſit Stephano
Regi Poloniæ privatus fuit ea regni par-
te, quæ erat ditiſſima, propter commer-
cium maris Balthici, & meliori ditione
quam habebat, in qua erant 34 arces.

Vires.

MVnimentum regionis conſiſtit &
in pluralitate paludum fluminum-
que,

que, & in denſitate nemorum. In uſu
habent Moſci, loca hoſtibus proxima
depopulari, ut denſæ ſylvæ ibi creſcant
quod & fit ob terræ humiditatem. ſunt-
que ex civitatibus non ſecus ac ſepes ac
valla pro munitione. Multum laboris
id Polonis attulit. Vt enim ſibi itinera
ad oppida hoſtium pararent, neceſſe eis
fuit exſcindere ſylvas & magni tempo-
ris jacturam facere. Habet Magnus Dux
munitiones, quæ partim ex lapidibus,
partim ex lateribus, Italico more, con-
ſtructæ ſunt, ſed abſque lateribus & arte
ædificatoria: tales ſunt arces Moſquæ,
Novoguardiæ, Pleſcoviæ, Porcoviæ, Sta-
ricæ, Slobodæ, Alexandri: partim ex
gleba viminibus contexta, & probe cal-
cata, qualis eſt Smolenzco. Sed ordina-
rie exſtruuntur muri locorum fortium
ex magnis trabibus, inter quas conſti-
pant terram, relinquendo ad defenſio-
nem foramina pro pyrobolariis. Talis
ædificatio commoda eſt defenſioni,
contra tormenta bellica, ſed non reſiſtit
igni. Subditi Magni Ducis inſerviunt
ſuo Principi in bello, ſicut ante de ſuo
regimine agentes diximus, ſed ſe potius
timere pœnam (ſi ſe non ſtrenue geſſe-
rint) quam promptitudinem alacrita-
temque monſtrant: Capitaneis ad nu-
tum ſunt, patiuntur omnem incommo-
ditatem

que, & in denſitate nemorum. In uſu habent Moſci, loca hoſtibus proxima depopulari, ut denſæ ſylvæ ibi creſcant: quod & fit ob terræ humiditatem. ſuntque eæ civitatibus non ſecus ac ſepes ac valla pro munitione. Multum laboris id Polonis attulit. Vt enim ſibi itinera ad oppida hoſtium pararent, neceſſe eis fuit exſcindere ſylvas, & magni temporis jacturam facere. Habet Magnus Dux munitiones, quæ partim ex lapidibus, partim ex lateribus, Italico more, conſtructæ ſunt, ſed abſque lateribus & arte ædificatoria: tales ſunt arces Moſquæ, Novoguardiæ, Pleſcoviæ, Porcoviæ, Stariciæ, Slobodæ, Alexandri: partim ex gleba viminibus contexta, & probe calcata, qualis eſt Smolenzco. Sed ordinarie exſtruuntur muri locorum fortium ex magnis trabibus, inter quas conſtipant terram, relinquendo ad defenſionem foramina pro pyrobolariis. Talis ædificatio commoda eſt defenſioni, contra tormenta bellica, ſed non reſiſtit igni. Subditi Magni Ducis inſerviunt ſuo Principi in bello, ſicut ante de ſuo regimine agentes diximus, ſed ſe potius timere pœnam (ſi ſe non ſtrenue geſſerint) quam promptitudinem alacritatemque monſtrant: Capitaneis ad nutum ſunt, patiuntur omnem incommo-

ditatem.

ditatem, non curant frigus nec pluvias, patiunturque incredibiliter inediam, famemque; ſuntque parvo contenti. Æſtimantur itaque aptiores defendendis caſtris, quam prælijs campeſtribus. Illic enim multum valet patientia & tolerantia, hic autem requiritur audacia animuſque. Poloni ſunt meliores conflictibus campeſtribus, quam propugnandis arcibus. Magnus Moſcoviæ Dux Iohannes, experientia edoctus de ſuorum in velitationibus & prœliis ignavia, & de Polonorum audacia animisque, dicebat ſuos opus habere calcaribus, quibus impellerentur, Polonos freno, quo retinerentur. Vires præcipuæ hujus Principis conſiſtunt in equitatu, ſed quem equorum numerum educere poſſit, difficile dictu eſt. Nec tamen credo ipſum trecenta millia armis inſtruere poſſe; (ſicut aliqui dicunt.) Habet enim ditionem vaſtam, & pro majori parte incultam. Ab Caſſano enim Aſtrachanum uſque vix invenitur pagus, quamvis inter ea oppida aliquot dierum iter ſit. Bello quod ei intulit Stephanus Rex Poloniæ (qui tamen non ultra LX millia tum equitum tum peditum habebat) ipſe tantum militum colligere non potuit, quo non dico ſe ei aperto Marte objiceret, ſed nec potuit ipſum divertere ab oppugnatio-

gnationibus Polotiæ, Vilicoluci, aliorumque locorum, nec aut ab obſidione Pleſcoviæ. Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo penetravit Princeps Tartarorum Præcopitarum, cum octuaginta equorum millibus, uſque in viſcera ſui Imperii, tradiditq; flammis ipſam Moſcuam urbem regalem. Sed ii qui dicunt Magnum Ducem CCC & Regem Poloniæ CC equorum millia educere poſſe, potius numerant capita equorũ, quam equitum. Etſi enim tot equorum millia ſint, non tamen omnis equus bello bonus eſt, nec unicuique equitandi ars, aut ſe armandi facultas eſt: uni deeſt animus, alteri opes non ſuppetunt, alteri vires corporis, alteri animi fortitudo alacritaſque deſunt. Quamvis in Moſcovia tot equorum hominumque millia eſſent, quot illi dicunt, admodum difficile tamen eſſet (imo vix poſſibile) eos in unum locum cogere, nec Principi in hoc ſuppeterent pecuniæ, nec commeatus ſufficerent. Ducenti enim equi præliatores requirerent in Moſcovia ter centum clitellarios, ac alios totidem miniſtros, quibus omnibus opórteret ſufficere commeatus; ſicut & annonariis, mercatoribus, artificibus, famulis, qui in bello requiruntur. Neceſſe itaque eſſet totam Moſcoviam in unum

gnationibus Polotiæ, Vilicoluci, aliorumque locorum, nec aut ab obſidione Pleſcoviæ. Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo penetravit Princeps Tartarorum Præcopitarum,cum octuaginta equorum millibus, uſque in viſcera ſui Imperii, tradiditq; flammis ipſam Moſcuam urbem regalem. Sed ii qui dicunt Magnum Ducem ccc & Regem Poloniæ cc equorum millia educere poſſe, potius numerant capita equorũ, quam equitum. Etſi enim tot equorum millia ſint, non tamen omnis equus bello bonus eſt, nec unicuique equitandi ars, aut ſe armandi facultas eſt: uni deeſt animus,alteri opes non ſuppetunt, alteri vires corporis, alteri animi fortitudo alacritaſque deſunt. Quamvis in Moſcovia tot equorum hominumque millia eſſent, quot illi dicunt, admodum difficile tamen eſſet (imo vix poſſibile) eos in unum locum cogere, nec Principi in hoc ſuppeterent pecuniæ, nec commeatus ſufficerent. Ducenti enim equi præliatores requirerent in Moſcovia ter centum clitellarios, ac alios totidem miniſtros,quibus omnibus oporteret ſufficere commeatus; ſicut & annonariis, mercatoribus, artificibus, famulis,qui in bello requiruntur. Neceſſe itaque eſſet totam Moſcoviam in unum

unum cogi; ac tum verendum, ne in tanto itinere ab una parte regni in regionem directo contrariam, & hominum & jumentorum vires labaſcerent. Quamvis etiam poſſibile eſſet, tantum numerum (ſicut dictum eſt) equorum colligere, id tamen ſtatui non expediret. Neceſſe enim eſſet denudare confinia præſidiis, provincias nervis, civitates magiſtratibus, campos agricolis. Inde clare apparet, Principem, cujus ſtatus centum & quinquaginta millia equitum cogere poſſet, abunde præſtare, ſi tertiam eorum partem in exercitum regalem educat: de bellis, non excurſionibus loquor. Scribunt aliqui, qui in affirmando magis moderati ſunt. Moſcum cogere poſſe centum & quinquaginta equorum millia, ſi neceſſitas ſe defendendi id requireret, & quod Iohannes III eduxit in expeditionem Aſtrachanenſem centum viginti equitum, & viginti peditum millia. Idem adortus eſt Livoniam, tempore Regis Alexandri, magnis exercitibus, retinuitque adhuc alium ad regni ſui fines. Equitatui addidit Magnus Dux Iohannes aliquot millia pyrobolariorum, quos ipſe inſtituit, inter quos erant multi externi milites, qui ipſi præſtiterunt egregiam operam in defenſione ſuarum urbium. Quoquo

ſecundo

ſecundo aut tertio anno deſcribit per regiones bello aptos. In commentarios referuntur filii nobilium, & numerus famulorum, equorumque equites. Ditiores præcipue utuntur thoracibus æneis, galeis, & laminis ſubtilibus & tenuibus, quæ ex Perſia adferuntur, & lanceis. Alii geſtant thoraces, goſſypio quam optime farcitos, qui ſagittis reſiſtunt. Hi utuntur arcu, multi eorum ſclopeto, omnes enſe & pugione. Et inſerviunt quoque Germani in bellis & in fortificandis locis.

Principes finitimi.

Magno Moſcorum Duci junguntur Præcopus, princeps Tartarorum, Tauricæ Cherſoneſi Circaſſi, quinque montium; (inhabitant hi regionem, quæ ſe ad 7 dierum iter extendit, reguntur que à ſeptem Ducibus, Helvetiorum modo) Tartarus Nogay, Reges Sueciæ & Poloniæ. A Præcopo recipit multum damni, nec ei ſpes eſt de ſumenda vindicta, quòd cum Turca confœderatus eſt Præcopus, inſtruiturque à Turca ſclopetis, tormentiſq; bellicis, habetque in ſua ditione loca fortia, cum præſidio Turcico: itaque eum invadere difficile factu arduumque eſſet. Concitaret enim in ſe potentiam illius. Præcopo commodum eſt (ſicut & pluries fecit) ſubitam

M

excur

ſecundo aut tertio anno deſcribit per regiones bello aptos. In commentarios referuntur filii nobilium, & numerus famulorum, equorumque equites. Ditiores præcipue utuntur thoracibus æneis, galeis, & laminis ſubtilibus & tenuibus, quæ ex Perſia adferuntur, & lanceis. Alii geſtant thoraces, goſſypio quam optime farcitos, qui ſagittis reſiſtunt. Hi utuntur arcu, multi eorum ſclopeto, omnes enſe & pugione. Et inſerviunt quoque Germani in bellis & in fortificandis locis.

Principes finitimi.

MAgno Moſcorum Duci junguntur Præcopus, princeps Tartarorum, Tauricæ Cherſoneſi Circaſſi, quinque montium; (inhabitant hi regionem, quæ ſe ad 7 dierum iter extendit, reguntur-que à ſeptem Ducibus, Helvetiorum modo) Tartarus Nogay, Reges Sueciæ & Poloniæ. A Præcopo recipit multum damni, nec ei ſpes eſt de ſumenda vindicta, quòd cum Turca confœderatus eſt Præcopus, inſtruiturque à Turca ſclopetis, tormentiſq; bellicis, habetque in ſua ditione loca fortia, cum præſidio Turcico: itaque eum invadere difficile factu arduumque eſſet. Concitaret enim in ſe potentiam illius. Præcopo commodum eſt (ſicut & pluries fecit) ſubitam

excurſionem facere in provincias Magni Ducis, ſicut & poteſt facere in provincias Regis Poloniæ, diripereque obvia. Si magnus Dux ſubjugavit Tartaros Caſſenenſes & Aſtrachanenſes, accidit id beneficio tormentorum bellicorum, quibus illi carebant. Duxit hic inter alia contra Caſſanenſes aliquas hujuſmodi machinas. Temoni plauſtrorum affigebat tabulam latam & craſſam, cum multo foramine, trajiciendo ſclopeto & moſqueto inventum. Cum itaque ipſi graviter ferirent hoſtes, (qui ſagittis tantum utebantur, quibus Moſci lædi non poterant) non fuit difficile eos vincere, ſubjugareque. Sed Pręcopus habet uſum ſclopetorum, &, quod amplius eſt, amicitiam & protectionem Turcæ, qui, ut ſibi iter aperiret in Moſcoviam, aut in mare Caſpium, tentavit annis jam elapſis ducere foſſam à Tanai ad Volgam; (hoc molimen altioris erat animi, quam Turcæ plerumque faciunt:) ſed ejus milites fugati fuere à Moſcis, in hoc adjuti à Tartaris, qui verebantur, ne plane à Turcis peſſundarentur, ſi illud opus ei ſucceſſiſſet. Nec ſolum ruperunt claſſem Turcicam, ceperuntque ejus partem; ſed & exitio dederunt exercitũ terreſtrem, in quo numerabantur 80 Tartarorum, & 25 Turcarum millia, inter quos erant

ter

ter mille Ianizari. Circaſſi vivunt (ſicut diximus) more Helvetiorum: non nituntur ut ſibi aliquid acquirant, ſed tanquam mercenarii milites militant Turcis, Perſis, Moſco; à quo tam longè diſſiti ſunt, ut non habeant occaſionem ſibi timendi ab ejus viribus. Tartari Nagai magis formidandi ſunt, propter ſubitum impetum & excurſioné, quam propter juſtam potentiam, quæ eis ſit ad ſuſcipiendas expeditiones regias. Annis retro elapſis, cum ſe moviſſent, ut Moſco damnum inferrent, retrogreſſi ſunt placati donis quæ eis miſſa fuere. Cum hi, ſicut & Arabes, dediti ſint latrociniis & graſſationibus, facilius eſt ipſos avertere donis, quam pugnando. Quod plus eſt, cum ipſi nec civitatem, nec munitioné habeant, qua expugnata & in dominium hoſtis redacta, deprimi, & tanquam freno cohiberi poſſint; bellum ipſis inferre, eſt expenſas facere ſine lucro. Adverſus hos tenet Magnus Dux magnum equitatus numerũ, in Citrachan, Caſan, & Viatca: habet quoque præſidium in Culugan contra Tanam, ut reſiſtant Præcopitis. Cum Rege Sueciæ jungit fines Moſcus, præcipue ad partem Finlandiæ, ubi Suecus (cum quo diu bellum geſſit) paucis retro annis ei eripuit munitiones Sere-

noſ-

ter mille Ianizari. Circaſſi vivunt (ſicut diximus) more Helvetiorum: non nituntur ut ſibi aliquid acquirant, ſed tanquam mercenarii milites militant Turcis, Perſis, Moſco; à quo tam longè diſſiti ſunt, ut non habeant occaſionem ſibi timendi ab ejus viribus. Tartari Nagai magis formidandi ſunt, propter ſubitum impetum & excurſionē, quàm propter juſtam potentiam, quæ eis ſit ad ſuſcipiendas expeditiones regias. Annis retro elapſis, cum ſe moviſſent, ut Moſco damnum inferrent, retrogreſſi ſunt placati donis quæ eis miſſa fuere. Cum hi, ſicut & Arabes, dediti ſint latrociniis & graſſationibus, facilius eſt ipſos avertere donis, quam pugnando. Quod plus eſt, cum ipſi nec civitatem, nec munitionē habeant, qua expugnata, & in dominium hoſtis redacta, deprimi, & tanquam freno cohiberi poſſint; bellum ipſis inferre, eſt expenſas facere ſine lucro. Adverſus hos tenet Magnus Dux magnum equitatus numerū, in Citrachan, Caſan, & Viatca: habet quoque præſidium in Culugan contra Tanam, ut reſiſtant Præcopitis. Cum Rege Suecjæ jungit fines Moſcus, præcipue ad partem Finlandiæ, ubi Suecus (cum quo diu bellum geſſit) paucis retro annis ei eripuit munitiones Sere-

noſco, Pernaviam majorem & minorem in Livonia, aliaque loca, cum Moſcus impeteretur à Rege Stephano. Tenet Suecus in extremitate ſinus Finlandiæ munitionem Viburgum, magno præſidio & expenſa, ut reſiſtat Ruſſis,& Magno Duci. Habet quoque in illo mari & portubus vicinis ſuas naves bellicas, cum ut obviet omni tentamento Magni Ducis, tum ut impediat, ne ex Germania in Moſcoviam vehantur arma & apparatus bellici: Nec aliæ naves quam ſuæ ad illas oras appellere poſſunt, niſi permiſſione, propria Regis manu ſignata. Hoc præcommodum claſſis,& potentia navalis, fecit Regem Sueciæ, iis locis ubi hanc vim armorum explicare poteſt, Moſco ſuperiorem, cepitque hac via ab hoſte multa loca in ora Livoniæ, lociſque vicinis. Sed ubi equitatus Duci frequentiaque populi uſui eſſe poteſt, nempe in campis apertis, & in locis longe à mari Balthico diſſitis, videtur Magnum Ducem potiores quodammodo partes habuiſſe: ſemper enim fere invaſit Suecum. Non poſſunt tamen ſibi invicem multum damni inferre, propter aſperitatem montium, frigus, glaciem, nivesque. Supereſt Poloniæ Rex, inter quem & Magnum Ducem, eſt differentia, quod Moſcus plus regionum habet, ſed

Poloni melius inhabitatas civilioreſque: illi plures ſubditi, obedientioreſq; ſunt: huic autem audaciores & animoſiores: illi ad reſiſtendum quam aggrediendum ſunt aptiores, hi ad invadendum: illi ad defendendum munitiones, hi ad aperto prœlio pugnandum: illi magis juncti unitique ſunt, hi magis deliberati ad factionem expeditionemque: illi timent minus inediam & incommoditates, hi mortem & ferrum. Sed utrique tantum valent, quantum eorum Princeps virtute & fortitudine præſtat. Magnus enim Dux Baſilius cepit magnum Ducatum Smolenſcenſem & Poloſcenſem & ampliſſimam ditionem in Livonia. E contrario Stephanus Poloniæ Rex eripuit ultimo bello Iohanni Magno Duci, filio Baſilii, Poloſco, aliaque diverſa magni momenti loca: obſedit civitatem Pleſcovienſem, coëgitque tandem Moſcum tota Livonia decedere. Inde videtur populum tantum valere, quantum ingenio animoque valet Rex.

Hæc, ex Ioanne Botero a Iuſto Reiſenbergh expreſſa, hic addenda duximus, ne Lector fruſtra deſideraret ſuperiorum authorum de Moſcorum republ. judicium.

Poloni melius inhabitatas civilioreſque: illi plures ſubditi, obedientioreſq; ſunt: huic autem audaciores & animoſiores: illi ad reſiſtendum quam aggrediendum ſunt aptiores, hi ad invadendum: illi ad defendendum munitiones, hi ad aperto prœlio pugnandum: illi magis juncti unitique ſunt, hi magis deliberati ad factionem expeditionemque: illi timent minus inediam & incommoditates, hi mortem & ferrum. Sed utrique tantum valent, quantum eorum Princeps virtute & fortitudine præſtat. Magnus enim Dux Baſilius cepit magnum Ducatum Smolenſcenſem & Poloſcenſem,& ampliſſimam ditionem in Livonia. E contrario Stephanus Poloniæ Rex eripuit ultimo bello Iohanni Magno Duci, filio Baſilii, Poloſco,aliaque diverſa magni momenti loca: obſedit civitatem Pleſcovienſem, coëgitque tandem Moſcum tota Livonia decedere. Inde videtur populum tantum valere, quantum ingenio animoque valet Rex.

Hæc,ex Ioanne Botero à Iuſto Reifenbergh expreſſa, hic addenda duximus, ne Lector fruſtra deſideraret ſuperiorum authorum de Moſcorum republ. judicium.

TARTARIA.

I.

Excerpta è Michalonis Lituani fragmentis de moribus Tartarorum.

E fragmento primo.

TAmetſi Tartari, barbari & inopes habeantur à nobis, gloriantur tamen continentia vitæ & antiquitate gentis ſuæ Scythicæ, aſſeverantes eam ſemen eſſe Abrahæ, & nemini ſerviviſſe unquam, licet vexatam interdum ab Alexandro, Dario, Cyro, Xerxe aliiſque Regibus & populis potentioribus: & varias nunc diviſam in Ordas, id eſt, nationes: Siquidem ultra vicinos nobis Precopenſes, compliceſque eorum Belhorodenſes, & Dobricenſes Moldaviæ finium accolas, Ordæ ſunt potentes, Precopenſibus infenſæ, Orientem verſus. Alia Mahai, alia Chaſtorakani, alia ultra amnem Tanaim, qui Volha appellatur, Zavvolſca, Cæſaris Bati Vngariæ vaſtatoris patria, Moſcorum olim & omnium Ruthenorum dominatrix, Nahaienſibus nunc adhærens, alia Kozanii, alia Kazaczka, item Buchar, Samarchan,

&

& aliæ dicuntur plures, XII Imperatoribus diſpartitæ, ut promiſerat Dominus, progenitorem eorũ Iſmaëlem (Gen. 17.) XII duces generaturum, & evecturum in magnam gentem. Ex omnium autem nationum Tartaris ſoli tenuiores, ſed regionibus noſtris citimi, Precopenſes, infeſti ſunt nobis, cùm ignavia freti noſtra, tum vicinitate, locorumque opportunitate receptaculi ſui. Habent vero Precopenſes receptaculum, ſuapte natura munitum. Lacus enim duo paluſtres, quorum alter Mæotis dicitur, ex mari in continentẽ ad circiter triginta milliaria in longum porrecti, & ſeorſum tantundem pene in initiis & progreſſu ſuo diſtantes: finibus vero ad invicem reflexi, & anguſto quodam interſtitio ſicco cohibiti quin congrederentur, deſinentes. junguntur ibi foſſa & vallo altius exaggerato, complectente portam, quæ unica eſt ingrediendi provinciam illam per aridum. unde & caſtellum ad portam illam ſitum, & tota ſinu illo incluſa peninſula appellatur à nobis Precop. cui Tauricæ alias nomen fuiſſe fertur: incolatus vero & imperium Græcorum Trapezuntinorum, ut hucuſque retinent Græci ſuam & ibi linguam Græcam & religionem. Adjacet autem peninſula ea ipſa mari Pontico, quod illa ex

& aliæ dicuntur plures, XII Imperatoribus diſpartitæ, ut promiſerat Dominus, progenitorem eorũ Iſmaëlem (Gen. 17.) XII duces generaturum, & evecturum in magnam gentem. Ex omnium autem nationum Tartaris ſoli tenuiores, ſed regionibus noſtris citimi, Precopenſes, infeſti ſunt nobis, cùm ignavia freti noſtra, tum vicinitate, locorumque opportunitate receptaculi ſui. Habent vero Precopenſes receptaculum, ſuapte natura munitum. Lacus enim duo paluſtres, quorum alter Mæotis dicitur, ex mari in continentẽ ad circiter triginta milliaria in longum porrecti, & ſeorſum tantundem pene in initiis & progreſſu ſuo diſtantes: finibus vero ad invicem reflexi, & anguſto quodam interſtitio ſicco cohibiti quin congrederentur, deſinentes. junguntur ibi foſſà & vallo altius exaggerato, complectente portam, quæ unica eſt ingrediendi provinciam illam per aridum. unde & caſtellum ad portam illam ſitum, & tota ſinu illo incluſa peninſula appellatur à nobis Prekop. cui Tauricæ alias nomen fuiſſe fertur: incolatus vero & imperium Græcorum Trapezuntinorum, ut hucuſque retinent Græci ſuam & ibi linguam Græcam & religionem. Adjacet autem peninſula ea ipſa mari Pontico, quod illa ex

parte pontus Euxinus dicitur. & quamvis munita ſit ſitu, non adeo tamen illis ſuis, nec lacubus amplis, nec foſſa nec vallo arduis, neq; caſtello firmo, ut arceretur à tranſitu exercitus paulo inſtructior. Et pervenitur ad portam Tauricæ unicam illam ab arcibus ultimis Lituaniæ Czerkaſi & Braczlavv, diebus ſex, graminoſis ſemper & planiſſimis ubiq; campis, non monte interpolatis uſquam, non ſylva, non palude, nec amne tranſmiſſu difficili, præter Boryſthenē. Sic enim ipſa Taurica citra Alpes & maritima, quæ montoſa paſſim, habet & ſylvoſa, & quæ nunc ab Aboriginibus Græcis inhabitantur. aliàs vero tota eſt campeſtris, Tartaris illic incolatum præſtans, & ubique victui mortalium commoda & facilis, facilis admodum Cerere, Libero, carne, & ſale. ſiquidem ſal ibi in lacunis, quibuſdam aquis in ſe, ad inſtar glacici, à calore ſolis concretis, náſcitur, à ſolſtitio æſtivali copioſus & pellucidus, nonnullibi ut cryſtallus. Et frumentum omne, ac uvam vini generat ibi copioſe tellus, ſemel ſubacta, & fronde occata utcunque. Pecora item & jumenta hyeme quoque in paſcuis & ſub dio ſemper fovet læta; quæ etiam fatigis exinanita, macilenta & ſtrigoſa, poſtquam abjiciuntur, ibi in campo repinguefcunt.

guefcunt. Herba floccida, calcitratu ex nivibus quæſita, haud infelicius quam melioribus pabulis & ſub tecto apud nos: quoniam & cœlum ibi eſt aliquanto clementius, & terra ubi cænoſa ibi ſalſa. & herbæ genus ſapidius quoddam, ſemper virens, & mirum in modum jumenta vegetans. quod appellatur ſpeſ.. Vnde tantam olim frequentiam incolarum fuiſſe ibi memoratur, quod ſingulæ quædam illic ex urbibus Græcorum, millena habuerint templa. & clero interim inſolenti adeo, quod non niſi equites ingrederentur ſanctuaria antiſtites & archimandritæ eorum. Atque nunc etiam urbes ibi nonnullæ quamvis peſſundatæ, amplitudine tamen ambituum ſuorum & ruinarū, ſuperbæ olim fuiſſe apparent, & præſertim quæ à nobis Solkhab, à Moſcis Krym, à Græcis Theodoſia appellabatur quondam, & metropolis vetuſta Korſunii, quæ genti Ruthenorum princeps dedit baptiſma & nomen Chriſtianum, poſtea vero prædam gentibus noſtris excisa ab eis. Vnde Kiovia noſtra in templorum ſuorum lithoſtratis, aſarotis, & incruſtamentis, retinet hucuſque certa prædæ illius inſignia. è quibus & Gneſnenſi Baſilicæ valvam largita eſt. Et illa ipſa Korſunia tracta ſic à noſtris, dediſſe fertur ſaĉ-

gueſcunt. Herba floccida, calcitratu ex nivibus quæſita, haud infelicius quam melioribus pabulis & ſub tecto apud nos: quoniam & cœlum ibi eſt aliquanto clementius, & terra ubi cænoſa ibi ſalſa. & herbæ genus ſapidius quoddam, ſemper virens, & mirum in modum jumenta vegetans, quod appellatur *tipez*. Vnde tantam olim frequentiam incolarum fuiſſe ibi memoratur, quod ſingulæ quædam illic ex urbibus Græcorum, millena habuerint templa, & clero interim inſolenti adeo, quod non niſi equites ingrederentur ſanctuaria antiſtites & archimandritæ eorum. Atque nunc etiam urbes ibi nonnullæ quamvis peſſundatæ, amplitudine tamen ambituum ſuorum & ruinarũ, ſuperbæ olim fuiſſe apparent, & præſertim quæ à nobis Solholth, à Moſcis Krym, à Græcis Theodoſia appellabatur quondam, & metropolis vetuſta Korſlunii, quæ genti Ruthenorum princeps dedit baptiſma & nomen Chriſtianum, poſtea vero prædam gentibus noſtris, excisa ab eis. Vnde Kiovia noſtra in templorum ſuorum lithoſtratis, aſarotis, & incruſtamentis, retinet hucuſque certa prædæ illius inſignia, è quibus & Gneſnenſi Baſilicæ valvam largita eſt. Et illa ipſa Korſunii tractata ſic à noſtris, dediſſe fertur jactur

ſua neceſſitatem Tauricenſibus Chriſtianis, luxui & ignaviæ deditis, recipiendi in ſuppetias ad feudalem incolatum, reprimendis gentibus noſtris, manũ Tartarorum ex Orda, Zavvolskæ adſitam: Et ſenſim deinde invaleſcens ibi illa Tartarorum vis, ad juſtumque populi examen propagata, protulerit ſibi in Principem Temirkuthla quendam ſanguinis ſui, appellato eo Cæſare. At progenitores S. M. V. perdomitis Cæſarianis illis, iniquis Græcorum vaſallis, dabant eis in Cæſares, ſubditos ſuos hinc ex Lituania Tartaros. Vltimus vero ex Lituania Cæſarum Aczkirei, hic apud Troki natus, & hinc à divo VVithovvdo ad imperium illud miſſus, genuit imperans ibi in Taurica filium Menglikirei. Menglikirei vero modernum Cæſarem Sapkirei & fratres ejus natu & imperio priores, Machmethkirei, Sadetkirei & Chaskirei. Sic enim nobili recepta hinc progenitoris ſui nomenclatura, gaudet nunc omnis ſequens eum in faſcibus illis poſteritas. Hæc igitur eſt Kireorum ſtirps, dextra forti progenitorum S. M[tis] Veſtræ ibi plantata, quæ nunc referendo gratiam provectionis ſuæ, juge faceſſit nobis negotium. Atque vigente ſic Taurica & populo & imperio jam advenarum: urbes tamen ejus Mancup, Caffa, Kercze,

Kozlevv.

Kozlevv, & aliæ maritimæ, ſervaverant ſe immunes ab illis, donec Turcica manu, opibus Conſtantinopolitanis exaucta, caperentur ab annis hinc circiter ſeptuaginta. Et illinc miſſi ſub jugum Turcæ pendunt ei cenſum, à capitibus ſuis ſinguli illic Aboriginum Græcorum ſuperſtites. Qui tamen ſi & nunc agricolæ, videlicet vinitores & paſtores, non inopes ſint, imo etiam non ſine argentea ſupellectili pleri que, utpote in tranquillitate & juſtitia publica, rationabiliore Ethnicorum adminiſtratu viventes, minus tamen jucundam agunt ibi vitam: Quippe, qui nullo honore digni, imo nullius omnino reputationis habentur à potitoribus rerum Mahometicis: ac omni illorum nedum commercio, ſed & intuitu non torvo dedignantur, angarianturq; laboribus, dominicis præſertim, ac etiam paſchalibus diebus, ipſimet argenteæ ſupellectilis domini. Nequaquam enim retinet authoritatem ibi Chriſtianus nec in ſervum nec in filium paulo proterviorem, qui ſcilicet Magiſtratui ſe præſentandum duxerit ſemel. Atque etiam ipſi patriſfamilias mutandus eſt ſtatus, ſi defertur præſumpſiſſe de religione ipſorum quicquam verbo, aut ſaltem digito uno, & minus etiam ſerio protenſo.

Kozlevv, & aliæ maritimæ, ſervaverant ſe immunes ab illis, donec Turcica manu, opibus Conſtantinopolitanis exaucta, caperentur ab annis hinc circiter ſeptuaginta. Et illinc miſſi ſub jugum Turcæ pendunt ei cenſum, à capitibus ſuis ſinguli illic Aboriginum Græcorum ſuperſtites. Qui tametſi & nunc agricolæ, videlicet vinitores & paſtores, non inopes ſint, imo etiam non ſine argentea ſupellectili plerique, utpote in tranquillitate & juſtitia publica, rationabiliore Ethnicorum adminiſtratu viventes, minus tamen jucundam agunt ibi vitam: Quippe, qui nullo honore digni, imo nullius omnino reputationis habentur à potitoribus rerum Mahometicis: ac omni illorum nedum commercio, ſed & intuitu non torvo dedignantur, angarianturq; laboribus, dominicis præſertim, ac etiam paſchalibus diebus, ipſimet argenteæ ſupellectilis domini. Nequaquam enim retinet authoritatem ibi Chriſtianus nec in ſervum nec in filium paulo proterviorem, qui ſcilicet Magiſtratui ſe præſentandum duxerit ſemel. Atque etiam ipſi patrifamilias mutandus eſt ſtatus, ſi defertur præſumpſiſſe de religione ipſorum quicquam verbo, aut ſaltem digito uno, & minus etiam ſerio protenſo.

Iam vero quam inconſtans ſit viciſſitudo rerum, vel ipſa ſufficit indicio Taurica, videns nunc mutatum ſic popularium ſuorum ſtatum & patritiorum ſuperſtites, honore, libertate ſimul ac patribus orbatos, in ſervitutem redactos, ſpretos, capite diminutos, capiteq; cenſos Mahometicis, & antiſtites illos, inſolentes quondam eccleſiarum Dei contemptores, contemptos nunc ipſos, & abjectos, obreptare ſub trucibus Tartaris & Turcis. Vrbes quoque ſuas opibus immenſis, ſuperbia, lætitia, ac omni luxurię ſtrepitu perfunctas, dehiſcere nunc pleraſq; inanes, cæteras vero ſolo æquatas, obſoletis jam & nominibus; & imperitare nunc ſibi, non Chriſtianos nobiles, & nativos ſuos patronos, ſed peregrinam Ethnicam, ac non ita pridem ſervitute emerſam, atque & imperio ſimul & libertate donatam hinc vaſallorum ſtirpem. Adeo increbuere in Taurica Tartari, quod circiter triginta millium exercitum compleant ad bellum, ſed coacti, ut ſolent univerſi, & gregarii ac imbelles, quicunque ſaltem valeant conſcendere equum. Vt me præſente ibi, dum medietatem eorum & filium ſuum mitteret Cæſar, in ſubſidia Turcæ proficiſcenti noviſſime in Vngariam, quindecim millia corū tunc enumerata ſunt.

Pro-

Proficiſcebantur autem quamvis lectiores illi, conſueto tamen apparatu ſuo, inermes videlicet plerique, & vix decimus aut vigeſimus quiſque eorum pharetra fultus aut framea, lorica vero multo rarior: ſed alii ſcipionibus ſaltem muniti oſſeis, alii ligneis, alii vacuis telorum accincti vaginis. Clypeorum autem & haſtarum, vel hujuſmodi armorum generis expertes penitus. Sic enim ſemper illi, nec armis, & nec cibariis, præter nonnihil milii toſii, aut caſei comminuti, & neq: ullis onerantur impendio ad bellum impedimentis. Verumtamē nemo illorum, ſine pluribus recentibuſque loris proficiſcitūr, & præſertim quando noſtras excurſitandum eſt in regiones: Quoniam tunc ſoliciti fiunt vinculorū, ad vinciendum membra noſtra, plus quam armorum ad tutandum ſua. Equorum vero ſemper fulciuntur ad bellum copia, ut magna pars exercitus eorum quinos ſinguli ducant equos, coſque intactos. Vnde excurſiones & omne iter, crebra hujuſmodi equorum mutatione freti, velocius perficiunt, & hoſtē inſequentem ſe effugiunt facilius, ac etiam terrefactant amplitudine veſtigii ſui, & non metuunt ipſi in copia eorum fatigam nec famem. Præſtant etiam in bello tolerantia famis, ſitis, fatigæ, pervi-

gilii

Proficiſcebantur autem quamvis lectiores illi, conſueto tamen apparatu ſuo, inermes videlicet plerique, & vix decimus aut vigeſimus quiſque eorum pharetra fultus aut framea, lorica vero multo rarior; ſed alii ſcipionibus ſaltem muniti oſſeis, alii ligneis, alii vacuis telorum accincti vaginis. Clypeorum autem & haſtarum, vel hujuſmodi armorum generis expertes penitus. Sic enim ſemper illi, nec armis, & nec cibariis, præter nonnihil milii toſti, aut caſei comminuti, & neq; ullis onerantur impendio ad bellum impedimentis. Verumtamẽ nemo illorum, ſine pluribus recentibuſque loris proficiſcitũr, & præſertim quando noſtras excurſitandum eſt in regiones: Quoniam tunc ſoliciti fiunt vincutorũ, ad vinciendum membra noſtra, plus quam armorum ad tutandum ſua. Equorum vero ſemper fulciuntur ad bellum copia, ut magna pars exercitus eorum quinos ſinguli ducent equos, eoſque intactos. Vnde excurſiones & omne iter, crebra hujuſmodi equorum mutatione freti, velocius perficiunt, & hoſtẽ inſequentem ſe effugiunt facilius, ac etiam terrefactant amplitudine veſtigii ſui, & non metuunt ipſi in copia eorum fatigam nec famem. Præſtant etiam in bello tolerantia famis, ſitis, fatigæ, pervigilii,

gilii, æſtus, algoris, & omnis inclementiæ cæleſtis omniumque ærumnarum. Nam expeditiones bellicas perficiunt abſque curribus ſemper, & abſque omni commeatu, præter illam quam dixi equorum copiam. Solitudines item camporũ vaſtas, invias, brumali etiam tempore, altitudine nivium & pruinis acerbas, quamvis excoriatis dura nive & glacie equorum cruribus, haud ægre tamen & haud gravatim ſuperant. Amnes amplos rapidos, atque hiberno etiam rigore, aquilonumque & glacierum fragoribus horride ſtridentes & trajectu difficiles, abſque tamen navigiis, ſed tantum equorum ipſi jubis adnixi, ſarcinis vero ad caudas ſuper tignis, ſeu arundinum faſciculis alligatis, tranando incunctanter, expedite & prompte transmittitant, Et in prælio pugnant, fortius multo quam Moſcovitæ, quamvis minus armati, & ſemper primo in congreſſu, ſiniſtrum adverſi exercitus conantur occupare cornu, quo dexterius ipſi petant ſagittis. Sæpe quoque in fugam verſi, terga dando reſiſtunt, & hoſtem inſequentem ſe diffuſum ſparſim, interceptant ex inſidiis, & ſic eripiunt nonnunquam victi victoribus victoriam. Quando vero præter technas & ſtrategemata, ſed recta & cominus, collatis

latis ſignis, venit conſerenda cum eis manus, prævalent tunc in eos pugnatores noſtri, etiamſi non paulo pauciores fuerint. Id quod crebrius experti ſumus ſub victorioſiſſimis vexillis divi parentis S. Majeſtatis V. Nam & poſt infelicem Chriſtianorum cum Mahometicis, patruelis vero S. Majeſtatis V. Regis Ludovici ultimam pugnam, menſe quinto, kalendis Februariis, anno Domini ſupra mille quingentos & viginti ſeptimo, in campis planis illis prope Czerkaſſi, ad fluvium Olſſanicza, viginti quinq; millia illorum Precopenſium Tartarorum cæſa ſunt ad internecionem à nobis, qui non plures fuimus ibi quam quingenti & ter mille. Et ante apud Kleczko, deſiderata ſunt ſeptem & viginti millia eorum, proſtrata novem millibus noſtrum. Ita quoque alias, & apud Davidis Caſtellũ & apud Streſſino, Czeczersko, Lepuſſno, & iñ campis etiam vaſtis illis, in Lebedino, & ad templum album, & ad fluvium Sula, & aliis in præliis, quotquot ævo præſenti fuere genti noſtræ cum illis, expertum eſt robuſtiores eſſe noſtros. Nam & apud Sokal, non robore virium ſuperatus, ſed dolo & loci iniquitate circumventus ab illis, ſuccubuit exercitus noſter, perductus inſidioſè in aream oppidi recens exuſti, crebris

latis ſignis, venit conſerenda cum eis manus, prævalent tunc in eos pugnatores noſtri, etiamſi non paulo pauciores fuerint. Id quod crebrius experti ſumus ſub victorioſiſſimis vexillis divi parentis S. Majeſtatis V. Nam & poſt infelicem Chriſtianorum cum Mahometicis, patruelis vero S. Majeſtatis V. Regis Ludovici ultimam pugnam, menſe quinto, kalendis Februariis, anno Domini ſupra mille quingentos & viginti ſeptimo, in campis planis illis prope Czerkaſſi, ad fluvium Olſſanicza, viginti quinq; millia illorum Precopenſium Tartarorum cæſa ſunt ad internecionem à nobis, qui non plures fuimus ibi quam quingenti & ter mille. Et ante apud Kleczko, deſiderata ſunt ſeptem & viginti millia eorum, proſtrata novem millibus noſtrum. Ita quoque alias, & apud Davidis Caſtellũ & apud Streſſino, Czeczersko, Lepuſſno, & in campis etiam vaſtis illis, in Lebedino, & ad templum album, & ad fluvium Sula, & aliis in præliis, quotquot ævo præſenti fuere genti noſtræ cum illis, expertum eſt robuſtiores eſſe noſtros. Nam & apud Sokal, non robore virium ſuperatus, ſed dolo & loci iniquitate circumventus ab illis, ſuccubuit exercitus noſter, perductus inſidioſè in aream oppidi recens exuſti, crebris præ-

præcipitiis cellariorum, id eſt, antris, cavernis & cryptis ſubterraneis dehiſcentem. Et illinc primum arrigi cœpit in nos cornu ſtirpis Kiriorum, perlatis ſibi in Tauricam exuviis cruentis militis noſtri. Atq. deinde apud Oczakovv, tametſi fortis itidem ac etiam victor in illos fuerit miles noſter, at imprudens interim, ut qui donaverit ultro victoriam victo Oslam Soltano, mittens ad eum in caſtellum duces ſuos colloquii gratia, ignarus dictum eſſe, Circa rem bellicam dolus an virtus, quis in hoſte requirat? Sic igitur ſemper robuſtiores fuere noſtri Præcopenſibus, prçter ſolas technas, dolos & ſtrategemata illorum. Vita autem Tartarorum, qua gloriantur, eſt priſca, paſtoritia, quam olim in aurea ætate ſancti vixerunt patres, & ex qua Duces etiam eligebantur populis, regeſque & prophetæ, dicente quodam eorũ, Tulit me dominus cum ſequerer gregem eorum. Ita enim agunt hactenus Tartari, ſequendo greges, & peragrando cum eis campos hinc inde. Septa nulla habent, nec domos, præter tabernacula geſtatoria, ex viminibus & arundinibus compactis, ciliciis velata, ſtoreis & mattis ſcirpeis munita, quç uxoribus & pueris referta, vectant ſecum in plauſtris. Terram non colunt, etiam fertiliſſimã,

con-

contenti ſpontaneo fructu ejus, herba ad paſcendum pecus. Vnde juxta Salomonis conſilium, lacte ſolum abſq; pane & ſicera vivunt, ſobrii & abſtemii; cum lege quoque prohibitum habeant potum vini, ac eſum ſuillæ. Et quamvis cæterorum pecorum ac jumentorum, etiam equorũ veſcantur carnibus, non tamen apud ſe, niſi penitus mortuis aut pene morticinis, parcendo ſcilicet viridis gregum ſuorum. Nam in gregibus totam ſuam conditant ſubſtantiam; nihil immobile poſſidentes privatim præter puteos, & eos contribulibus quibusq; communes. Mobilium etiam curæ atque oneri non impendio ſe applicant, præter quotidianam & eam tenuem utenſilium ſupellectilem, & equitatus bellicæque rei leviſſimum etiam inſtrumentum, ad quod ſolum accurati ſunt; præter vero id, ad aliud operis profani alicui rei navare operam virum ingenuum dedecori habent, quo ſedulius obſequundent præſcripto legis ſuæ, vi & armis propagandæ. Atque in ea feritate nihil habent antiquius temperantia & continentia, vivuntque citra exuperantiam ac defectum ultimum omnes. Vnde quemadmodum in ſacris litteris dicitur, Scio & ſatiari & eſurire & abundare & penuriam pati: Item,

N

Qui

contenti ſpontaneo fructu ejus, herba ad paſcendum pecus. Vnde juxta Salomonis conſilium, lacte ſolum abſq; pane & ſicera vivunt, ſobrii & abſtemii; cum lege quoque prohibitum habeant potum vini, ac eſum ſuillæ. Et quamvis cæterorum pecorum ac jumentorum, etiam equorũ veſcantur carnibus, non tamen apud ſe, niſi penitus mortuis aut pene morticinis, parcendo ſcilicet vividis gregum ſuorum. Nam in gregibus totam ſuam condicant ſubſtantiam; nihil immobile poſſidentes privatim præter puteos, & eos contribulibus quibusq; communes. Mobilium etiam curæ atque oneri non impendio ſe applicant, præter quotidianam & eam tenuem utenſilium ſupellectilem, & equitatus bellicæque rei leviſſimum etiam inſtrumentum, ad quod ſolum accurati ſunt; præter vero id, ad aliud operis profani alicui rei navare operam virum ingenuum dedecori habent, quo ſedulius obſequundent præſcripto legis ſuæ, vi & armis propagandæ. Atque in ea feritate nihil habent antiquius temperantia & continentia, vivuntque citra exuperantiam ac defectum ultimum omnes. Vnde quemadmodum in ſacris litteris dicitur, Scio & ſatiari & eſurire & abundare & penuriam pati: Item,

N Qui

Qui multum, non abundavit; & modicum, qui non minoravit. Ita nunc in barbaris illis, nemo abundans ſuffocatur ingluvie, nec egens extinguitur fame, neque algore conficitur, nemoque mendicat in tanta eorum inopia & penuria rerum. Nam ut non frequens apud eos heluo: ſic non fame laborans, nec mendicans, nec fraudulentus, alieni hauſtor, non litigator, nec judex iniquus, non teſtis perverſus, non pejerator, item non fur, nec latro. Vnde minime opus eſt apud eos angi quenquam ſollicita rerum ſuarum cuſtodia, nec ſe armis onerari domi ad privatam ſui defenſionem. Nam iter habenti intra regionem eorum ferre telum, enorme & illicitum eſt. Sanctè enim colunt illi apud ſe pacem & juſtitiam, reddendo unicuique quod ſuum eſt, integrum, non imminutum, in gratiam magiſtratus, ex decimatu, nec ullo alio nomine. Non quæſtui etenim, ſed pietati, impii ethnici illi habent judicandi officium. Quod etiam eſt eis non laicum, ſed religioſum, & per religioſos id exequuntur Cadios, qui eo religionis initiantur peculiariter ſecundum jusjurandum, jam alioqui lecti tales, qui minime inhient rebus profanis, de quibus alios judicaturi ſint. Et quo expeditius

vigeat

vigeat juſtitia, nequaquam judicium ibi protelatur ſubterfugiis cavillatorum, nec obtenditur calumniis vitilitigatorum. Siquidem reus diffugium captans, dum per attactum oræ veſtimenti ſui vocatus ab actore in judicium non paruerit illico, extunc velut compertus jam in reatu vapulat. Verberat enim fuſte, certo & ex lege domini præſcripto plagarum modo. Actori item & teſti locus in judicio non eſt, qui neceſſaria ſalutis non ſatis perfecte ex lege calleat, aut qui guſtaſſe aliquando vinum ſeu alio notatus vitio deprehenditur. Parent quoque foro eidem, hoc eſt, Cadii judicio, & proceres ac duces cum popularibus pariter & abſque diſcrimine, ac præter ſummum principem: cujus Majeſtati plus etiam quam humanæ deferunt; ipſi in univerſum, atque ad unum omnes uno eodemque jure vivunt. Item & habitu conformi & victu compari, reddunt ſe pariles, nefas videlicet & piaculum habentes, fuſte etiam expiandum, præſumi à quoquam gentis ſuæ, ut veſtitu præcinctuve, aut pileo ſeu cæſarie, utatur non ſuo patrio ac vetuſto ritu: utve cibarium privatim à ſe promptũ, non commune habeat unicuique præſentium, aut ſumat illud eſui parte ex aliqua patronus ipſe prius, quam expo-

ſi-

vigeat juſtitia, nequaquam judicium ibi protelatur ſubterfugiis cavillatorum, nec obtenditur calumniis vitilitigatorum. Siquidem reus diffugium captans, dum per attactum oræ veſtimenti ſui vocatus ab actore in judicium non paruerit illico, extunc velut compertus jam in reatu vapulat. Verberat enim fuſte, certo & ex lege domini præſcripto plagarum modo. Actori item & teſti locus in judicio non eſt, qui neceſſaria ſalutis non ſatis perfecte ex lege calleat, aut qui guſtaſſe aliquando vinum ſeu alio notatus vitio deprehenditur. Parent quoque foro eidem, hoc eſt, Cadii judicio, & proceres ac duces cum popularibus pariter & abſque diſcrimine, ac præter ſummum principem: cujus Majeſtati plus etiam quam humanæ deferunt; ipſi in univerſum, atque ad unum omnes uno eodemque jure vivunt. Item & habitu conformi & victu compari, reddunt ſe pariles, nefas videlicet & piaculum habentes, fuſte etiam expiandum, præſumi à quoquam gentis ſuæ, ut veſtitu præcinctuve, aut pileo ſeu cæſarie, utatur non ſuo patrio ac vetuſto ritu: utve cibarium privatim à ſe promptũ, non commune habeat unicuique præſentium, aut ſumat illud eſui parte ex aliqua patronus ipſe prius, quam expo-

ſitum in medium, fruſtulatim fuerit conciſum, & commiſtum diligentius, ut eadem ſcilicet cederet qualitate cuilibet prǽſentium. Et in itinere nedum viaticum commune habent, ſed etiam inſervitant majori natu aut imbecilliori cuilibet, alacrius unus præ alio. Domi hoſpiti cuilibet obiterario etiam & ignoto exponunt gratuito & cibum & nidum, ſed eminus à ſerie ſtativarum ſuarum: Quoniam alias non adeo jam ſunt civiles, quippe qui fœminas ſuas ab hoſpite, amico etiam & conviva quantumcumque gratioſo, conſpici nequaquam licitum habent, tenentque miſeras caveis ſuis abditioribus recluſas & nedum conviviorum ſed ſynagogarum quoque & omnis conſuetudinis forenſis penitus expertes, laboribus etiam omnibus ſartoriis & ſutoriis rejectis in eas, ſed neutiquam tamen invitas. At ipſi interim non ſunt contenti conjugiis earum ſinguli ſingulis, more hominum priſco, in hoc ſe jactitantes, itidem & lege ſua ſuadente uxores unicuique quaternas, & in ſingulas earum pellices denas. Et quo perfectiores præſtent ſe viros, non divitias quærunt ſponſarum, nec ſpecies earum corporales, copulanturque eis, minime à ſe antea in facie viſis, ſed animis duntaxat moribuſque earum explo-

ratis; & non dedignantur in conjugia ancillas quoque ſuas captivas, ac empititias. Vnde habent eas in matrimoniis conſtantes, morigeras, invicem concordes, & pellicibus ſuis in gratiam maritalem æquanimes, item pudicas, ut inauditũ ſit penitus in eis adulterii crimen, capitale alioqui, & nece expiandum illico. Et præterea, cum intelligant barbari illi, nihil ſalubrius eſſe gentibus virtute & diſciplina militari, in arduitateque conſiſtere virtutem: ideo molliciem & voluptates averſando, aſperitati vitæ, nec non equitatui ob rem bellicam ſtudent ex infantia, & jam inde ab incunabulis geſtantur inequitando, nec deſueſcunt equitare vel decrepiti. Vehiculi vero uſum veteli quoque vel valetudinarii deteſtantur, molliciem devitando & parcendo equis. Parci enim ſunt equorum, adeo ut Baro etiam eorum, equitet intra patriam ſolus, qui foris centenis concomitatur equitibus ſuis peculiaribus. Et mulier apud illos etiam primaria, & vel Cæſaris neceſſaria, regiam acceſſura, non verecundatur caveæ ſuæ obturatæ recluſa, auro vel gemmis intro nitens, bove vehi uno, aut propter plauſtri groſſiciem duobus. Equum autem vel deterrimum jungi vehiculo, nefas eſt & religio cui-

exploratis; & non dedignantur in conjugia ancillas quoque ſuas captivas, ac emptitias. Vnde habent eas in matrimoniis conſtantes, morigeras, invicem concordes, & pellicibus ſuis in gratiam maritalem æquanimes, item pudicas, ut inauditũ ſit penitus in eis adulterii crimen, capitale alioqui, & nece expiandum illico. Et præterea, cum intelligant barbari illi, nihil ſalubrius eſſe gentibus virtute & diſciplina militari, in arduitateque conſiſtere virtutem: ideo molliciem & voluptates averſando, aſperitati vitæ, nec non equitatui ob rem bellicam ſtudent ex infantia, & jam inde ab incunabulis geſtantur inequitando, nec deſueſcunt equitare vel decrepiti. Vehiculi vero uſum vetuli quoque vel valetudinarii deteſtantur, molliciem devitando & parcendo equis. Parci enim ſunt equorum, adeo ut Baro etiam eorum, equitet intra patriam ſolus, qui foris centenis concomitatur equitibus ſuis peculiaribus. Et mulier apud illos etiam primaria, & vel Cæſaris neceſſaria, regiam acceſſura, non verecundatur caveæ ſuæ obturatæ recluſa, auro vel gemmis intro nitens, bove vehi uno, aut propter plauſtri groſſiciem duobus. Equum autem vel deterrimum jungi vehiculo, nefas eſt & religio cui-

libet eorum, millenos etiam in equitiis ſuis habenti equos. Eſt autem vita hominum illorum tetrica, ſic & auſtera vulgo eorum communis, at non Principibus: Quoniam Principes Scytharum in publica populorum ſuorum frugalitate ipſi lautius interim vivunt. Vt Precopenſis modernus Cæſar, negotio bellico in filios nunc rejecto, ipſe propenſius voluptatibus intendit, in topiariis mulierum ſuarum, intra viridarium quoddam, amœnitate loci, nec non ædificatu, cultu, herbarumque ac arborum varietate, & quincunciali earum ſitu elegans. Quo quidem in paradiſo ſuo, hoſpites etiam exceptat ille conviviis opiparis, licet ipſe quidem velut faſtidio & contemptu divitiarum ligneis & fictilibus veſcens ex vaſculis, attamen auratis innitens pulvinaribus & cubitis & pedibus, ad argenteamq; diſcumbens menſam, aureis & gemmatis oneratam phialis, & variis laſciviens dapibus, nec non melodiis fidium, cymbalorum, crotalorum, pſalmorum, aliiſq; nugis oſtentans delicias ſuas liberiuſq; licere ſibi ea præſumens in publica populi continentia.

Agunt vero populi Tartarici continenter auſcultantes Sacræ Scripturæ dicenti; Vinum non bibetis, domum non ædificabitis, ſementem non ſeretis, vineas

neas non plantabitis. Sed in tabernaculis habitabitis, ut vivatis diebus multis ſuper faciem terræ. Sic ergo vivunt illi ſuper faciem terræ diebus multis liberi, immunes, & ab ultimo ſuo excidio tuti ſemper: Dum deliciis contemptis, nihil fixum expugnationique obnoxium poſſidentes, tota ipſorum quocunque migrent comitetur eos ſubſtantia. Quam ideo fugitivarii ipſi condiant ſibi univerſam in mobilibus, in moventibus ſeſe pecoribus ac etiam ſervis.

Quanquam vero habeant Precopenſes pecora ſe penes, copioſe pullulantia, ſervos autem aliunde captivos, eo tamen altero facultatum ſuarum genere plus fortunati ſunt. Non habent enim pecora tot, quot mancipia: nam hæc externis quoque largiuntur provinciis: Siquidem adventant eis naves crebræ ex ulteriori Ponto, & Aſia, portantes arma, veſtes, equos, & ſolvuntur ab eis oneratæ ſemper mancipiis: Quoniam omnia illorum emporia ac telonia, celebria ſunt ſolo eo mercium genere, quod etiam ad manus eſt eis ſemper, & mercatui, & pignori & dono; ac unuſquiſque eorum equi ſaltem aſcenſor, etiam cum nullum actu habeat mancipium, potentia tamen, certo ſemper copiam peculii ejus habere ſe præſumens, pro-

neas non plantabitis. Sed in tabernaculis habitabitis, ut vivatis diebus multis ſuper faciem terræ. Sic ergo vivunt illi ſuper faciem terræ diebus multis liberi, immunes, & ab ultimo ſuo excidio tuti ſemper: Dum deliciis contemptis, nihil fixum expugnationique obnoxium poſſidentes, tota ipſorum quocunque migrent comitetur eos ſubſtantia. Quam ideo fugitivarii ipſi conditant ſibi univerſam in mobilibus, in moventibus ſeſe pecoribus ac etiam ſervis.

Quanquam vero habeant Precopenſes pecora ſe penes, copioſe pullulantia, ſervos autem aliunde captivos, eo tamen altero facultatum ſuarum genere plus fortunati ſunt. Non habent enim pecora tot, quot mancipia: nam hæc externis quoque largiuntur provinciis: Siquidem adventant eis naves crebræ ex ulteriori Ponto, & Aſia, portantes arma, veſtes, equos, & ſolvuntur ab eis oneratæ ſemper mancipiis: Quoniam omnia illorum emporia ac telonia, celebria ſunt ſolo eo mercium genere, quod etiam ad manus eſt eis ſemper, & mercatui, & pignori & dono; ac unuſquiſque eorum equi ſaltem aſcenſor, etiam cum nullum actu habeat mancipium, potentia tamen, certo ſemper copiam peculii ejus habere ſe præſumens, pro-

mittit in contractibus creditori cuilibet numeraturum ſe ad certum diem pro veſtibus, armis, & equis vivacioribus, vivaces etiam, verum non equos, ſed homines, eoſque ſanguinis noſtri. Et ſtatur hujuſmodi promiſſis eorum ſecure, perinde ac ſi in vivariis & cortibus ſuis recluſos ſemper habeant illi homines noſtros. Vnde Iudæus quidam ibi in Taurica ad portam ejus, unicam illam, telonio præſidens, & innumeram ſemper hominum noſtrorum captivorum multitudinem importari illuc cernens, quærebat ex nobis, utrum adhuc homines in regionibus noſtris ſuperſint, nec ne, & unde hic tantæ mortalium copiæ. Eſt autem id ipſum facultatum genus latrunculis illis in promptu ſemper, nedum in commercium quodlibet ad exteros, ſed domi etiam, & ſæviriæ eorum perferendæ & ludicris.

Crebri enim ibi ex miſeris ipſis viri robuſtiores, ſi non caſtrantur, auribus tamen & naribus mutilantur, genis & frontibus cauteriantur, pediciſque & nervis compediti angariantur, interdiu laboribus, noctu carceribus; prætenuique foventur cibo morticinæ, ejuſque putridæ, vermibus ſcaturientis, canibus etiam abhorrendæ carnis.

Fœminæ vero teneriores in laſciviis haben-

habentur, & quædam conviviis etiam adhibitantur hilarandis, pſaltui, fidicinatui, geſticulatuique artificioſe edoctæ. Quæ liberali forma ex nobiliorum gentis noſtræ ſanguine raptæ, adductantur Thalaſſio & paradiſicolæ illi.

E fragmento ſecundo.

TArtari in equitatu ſunt aſſidui: abſq; curribus bella gerunt, equis peregrinis abundant, urbibus quas tueantur carent. Moſci quolibet vere ex Orda Tartarica Nohaienſi, permutatione veſtium, & rerum aliarum vilium, multa millia equorum bello aptiſſimorum accipiunt.

Tartari equorum ditiſſimi, ne Principis quidem ſuæ vehiculo jungi patiuntur equum.

Tartari tunicas habent abſque plicis & rugis longas, equitanti dimicantique commodas; leves & pileos albos acutos non ad faſtum paratos; quorum eminentia atque nitori in agminibus, licet minime galeati eſſe ſoleant, apparent illuſtriores, & hoſtibus formidandi.

E fragmento tertio.

ARomatis adeo abſtinent, ut & in epulis paſchalibus contenti ſint his condimentis, ſale luculento, ſinapi, allio, cæpis, ſuæque telluris fructibus, non ſolum vulgus, verum etiam optima.

habentur, & quædam conviviis etiam adhibitantur hilarandis, pſaltui, fidicinatui, geſticulatuique artificioſe edoctæ. Quæ liberali forma ex nobiliorum gentis noſtræ ſanguine raptæ, adductantur Thalaſſio & paradiſicolæ illi.

E fragmento ſecundo.

TArtari in equitatu ſunt aſſidui: abſq; curribus bella gerunt, equis peregrinis abundant, urbibus quas tuentur carent. Moſci quolibet vere ex Orda Tartarica Nohaienſi, permutatione veſtium, & rerum aliarum vilium, multa millia equorum bello aptiſſimorum accipiunt.

Tartari equorum ditiſſimi, ne Principis quidem ſuæ vehiculo jungi patiuntur equum.

Tartari tunicas habent abſque plicis & rugis longas, equitanti dimicantique commodas; leves & pileos albos acutos non ad faſtum paratos, quorum eminentia atque nitori in agminibus, licet minime galeati eſſe ſoleant, apparent illuſtriores, & hoſtibus formidandi.

E fragmento tertio.

ARomatis adeo abſtinent, ut & in epulis paſchalibus contenti ſint his condimentis, ſale lutulento, ſinapi, allio, cæpis, ſuæque telluris fructibus, non ſolum vulgus, verum etiam optima-

tes, & ſummus dux illorum, arcium noſtrarum ereptor, quas jam LXXIII enumerat jactanter.

In menſa Principis convivali, inter aurea vaſa & vernaculas dapes, nonnihil quidem piperis, non tamen cocti, in trullis ſeorſum apponitur, ſed à nemine attingitur.

Tartari Precopenſes itidem aromata averſantur; vivuntque potu lactis & aquæ putealis, quæ in ambitu Tauricæ campeſtri, raro invenitur non amara, clara autem rarius, niſi in viſceribus terræ profundiſſime quæſita. Apud Tartaros qui modo vinum guſtaverit, is & octoginta fuſtuariis ictibus percutitur, & totidem nummis mulctatur.

E fragmento ſeptimo.

TArtari ſuas mulieres in abditis ſemper tenent locis. Sequuti ducem naturam, atque laudabilem priſcorum hominum, de quibus in Bibliis, conſuetudinem, plures ſimul ſinguli uxores habent. Ex quibus numeroſas filiorum & affinium copias conſequuntur. Et uxores, quanto plures, tanto ſui amantiores habent, fauſtiſque fruuntur matrimoniis. Nec ſponſarum magnas dotes quærunt, nec formas nec inclytas familias; ádeo ut ſummi principes ex captivis empticiis conjuges ſumant. Nec ita pridem

dem in copiis Oſlam Soltan fuerunt collectanei ejus, cujuſdam Omeldeſz XL filii ſimul, robuſti, uno anno & menſe fortaſſis ex uxoribus & pellicibus earum procreati. quæ cohors XL fratrum germanorum conſpicua fuit. & hic apud fluvium Vaka villa Tartarorum frequens eſt, antiquitus XL Tartarorum, id eſt, fratrum, appellata. Mercandarum ſponſarum morem, qui eſt apud Tartaros, patet fuiſſe etiam apud Iſraëlitas, Geneſ. 29. & 1 Reg. 18. quemadmodum & in noſtra olim gente ſolvebatur parentibus pro ſponſa pretium, quod *krieno* à Samagitis vocatur.

E fragmento decimo.

REligio ſeu lex eſt communis Tartaris cum Turcis atque aliis Saracenis, quæ Iudaiſmum olet, & hæreſim quandam Neſtorianam. Deum unicum & ſimplicẽ profitetur. Chriſtum vero, ſanctum Prophetam & judicem mundi poſtremum, virgine pura natum, ſed non paſſum credit. Circumciſionem obſervat. Sed eam tam adulta ætate ſuſcipit, qua Iſmahel patriarcha illorum circumciſus erat. Orta autẽ hæc ſecta proditur in Mecha oppido Arabiæ, anno ſalutis humanæ pene ſexingenteſimo, ſuggerentibus eam Iudæis, ibi poſt everſam Ieruſalem degentibus, machinatione

dem in copiis OſlamSoltan fuerunt collectanei ejus, cujuſdam Omeldeſz XL filii ſimul, robuſti, uno anno & menſe fortaſſis ex uxoribus & pellicibus earum procreati. quæ cohors XL fratrum germanorum conſpicua fuit. & hic apud fluvium Vaka villa Tartarorum frequens eſt, antiquitus XL Tartarorum, id eſt, fratrum, appellata. Mercandarum ſponſarum morem, qui eſt apud Tartaros, patet fuiſſe etiam apud Iſraëlitas, Geneſ. 29. & 1 Reg. 18. quemadmodum & in noſtra olim gente ſolvebatur parentibus pro ſponſa pretium, quod *krieno* à Samagitis vocatur.

E fragmento decimo.

RElígio ſeu lex eſt communis Tartaris cum Turcis atque aliis Saracenis, quæ Iudaiſmum olet, & hæreſim quandam Neſtorianam. Deum unicum & ſimplicẽ profitetur. Chriſtum vero, ſanctum Prophetam & judicem mundi poſtremum, virgine pura natum, ſed non paſſum credit. Circumciſionem obſervat. Sed eam tam adulta ætate ſuſcipit, qua Iſmahel patriarcha illorum circumciſus erat. Orta autẽ hæc ſecta proditur in Mecha oppido Arabiæ, anno ſalutis humanæ pene ſexingenteſimo, ſuggerentibus eam Iudæis, ibi poſt everſam Ieruſalem degentibus, machinatione cujuſ-

cujuſdam Sergii monachi & apoſtatæ nefandi, in perniciem Chriſtianitatis.

Religionem ſuam aſſiduo conatu propagant. Diem à precatione auſpicantur, & precibus finiunt. quotidie mane, veſperi, & pomeridianis horis orant: nulla, quo id minus agant, neceſſitate avocari ſe ſinunt. non id opus in ſolos ſacerdotes rejiciunt: etſi illos ſolos à precatione & legę interpretanda habent. quilibet pro ſe tam clericus quam laicus pariter, & clam & coram hominibus turmatim in cœtibus Deum confitentur. Semper ſobrii, aqua luſtrali membra loti, terram in qua cum Deo loquuntur, imitati ſacram ſcripturam, pro ſanćta ducunt, & inſternunt. Nulli ſedilibus in fanis utuntur. charaćteres præſcriptos & certos geſtus adhibent, palmas ad cœlum expandunt, genua flećtunt, incurvantes ſe uſq; in terram proni in faciem procidunt, toto corde & omnibus membris orationi incumbunt, in qua non valde multa verba repetunt, ſed hæc præcipua: *Soli Deo immortali Creatori cœli & terræ, præter quem non eſt alius, honor & gloria in ſecula ſeculorum.*

Precationi adjungunt jejunium. affligunt enim totos dies animas ſuas non ſolum fame & ſiti, ſed ab omni operę & verbis profanis abſtinentes, nihil præter

præter divina curantes uſque ad intempeſtam noćtem, capientes cibum non ad luxuriam, ſed ad virium refećtionem. Rident jejunia noſtra, non fame, non ſiti, non cinere, non rerum divinarum contemplatione, non vigiliis, non orationibus condita.

Sunt & in eleemoſynis dandis liberales. neminem enim ſuorum unquam mendicari, aut fame vel algore perire patiuntur. Adhibent tamen in hac beneficentia judicium. nam non dant iis qui eleemoſynam in ingluviem & luxum convertant: ſed pauperibus, debilibus, peregrinis, ſcholaſticis, literis & ritibus Religionis ipſorum cognoſcendæ ſtudentibus.

Arcana divina ſcrutari nefas prophanumque eſſe exiſtimant. noſtram temeritatem execrantes, quod quidam ex nobis de judiciis & ſecretis divinis, quæ magna abyſſus vocantur, in ſuis comeſſationibus diſputent, nomen divinum fruſtra uſurpent. Irrident Tartari noſtros Eccleſiaſtas ſeu prophetas, taxant templa ſupellećtilis, ſedilium, ararum, ſimulacrorum, & Dei ad ſenećtutem vergentis, & mulierum venuſtarum, laſciviam moventium, plena.

Nos æris pulſu, illi certis laudis divinæ verbis ac vociferationibus ad templa ſe in-

præter divina curantes uſque ad intempeſtam noctem, capientes cibum non ad luxuriam, ſed ad virium refectionem. Rident jejunia noſtra, non fame, non ſiti, non cinere, non rerum divinarum contemplatione, non vigiliis, non orationibus condita.

Sunt & in eleemoſynis dandis liberales. neminem enim ſuorum unquam mendicari, aut fame vel algore perire patiuntur. Adhibent tamen in hac beneficentia judicium. nam non dant iis qui eleemoſynam in ingluviem & luxum convertant: ſed pauperibus, debilibus, peregrinis, ſcholaſticis, literis & ritibus Religionis ipſorum cognoſcendæ ſtudentibus.

Arcana divina ſcrutari nefas prophanumque eſſe exiſtimant, noſtram temeritatem execrantes, quod quidam ex nobis de judiciis & ſecretis divinis, quæ magna abyſſus vocantur, in ſuis comeſſationibus diſputent, nomen divinum fruſtra uſurpent. Irrident Tartari noſtros Eccleſiaſtas ſeu prophetas, taxant templa ſupellectilis, ſedilium, ararum, ſimulacrorum, & Dei ad ſenectutem vergentis, & mulierum venuſtarum, laſciviam moventium, plena.

Nos æris pulſu, illi certis laudis divinæ verbis ac vociferationibus ad templa

ſe in-

ſe invitant: nos quod in laudibus divi-
nis aures delectemus noſtras, buccinis,
organis, harmoniis, verba precationis
obſcurantibus, & organis interea noſtris
naturalibus ſilentibus, reprehendunt.

II.

De Tartarorum origine, moribus, tam domi quam in bello, diſciplina.

E Thuano lib. hiſt. LXVII.

PEr vaſtas Scythiæ ſolitudines ad ſe-
ptemtrionem porrectas habitant
Tatari in Europa & Aſia, quibus o-
lim unus Chanus ſive dominus, nunc
plures ſciſſo imperio dominantur. Pro-
ximi Polonis ſunt, quos & continuis ex-
curſionibus vexant Præcopienſes Euro-
pæi Tatari, qui inter Tyrã, hodie Neſte-
rum dictum, & Beſſarabiæ ſive Valachiæ
inferioris montes, lacum Vivodum &
Bialogrodum civitatem, ad Pontum Eu-
xinum habitant, & rurſus trans Tyram
campos vaſtos inter eum & Bogũ occu-
pant; in quibus Oſcovia arx oppido ce-
lebri conjuncta, Olbiopolis olim Plinio
& Ptolomæo appellata, ad Boryſthenis
rapidiſſimi & latiſſimi oſtium ſita, qua
in Carcinitũ ſinum influit. Supra Oſco-
viam IV milliaribus Bogus Boryſthene
exci-

excipitur; qui ſi Hypanis eſt, ut autumat
Martinus Broniovius, corrigendæ ſunt
Ptolomæi tabulæ, quæ Hypanim trans
Boryſthenem ortũ verſus ponunt, cum
Bogus ad occaſum Boryſtheni influat. In
iis ſolitudinibus Sauramenſes campi &
Circaſſii ſunt, & trans Boryſthenem Oſ-
ſovienſes ab arce & oppido dicti, quod
in faucibus Tanais, qui eſt Donus hodie,
qua Mæotidem paludẽ ingreditur, poſi-
tum eſt. In iis ad peninſulam uſque, qua
Dromon Achillei olim vocatã Boryſthe-
nes & ſubjectus Carcinites ſinus effi-
ciũt, per tuguria ac mapalia circiter XXX
milliar. ſpatio late Tatari habitant. His
adjacet Taurica Cherſoneſus Pelopon-
neſo paullo minor, olim feritate dam-
nata regio, & immani homines mactãdi
& immolandi ritu infamis, in cujus fau-
cibus Precopia eſt, à qua Precopienſes
Tatari appellantur. Heracleotis olim, ut
creditur, dein Eupatória & Pompeiopo-
lis dicta, in qua Chani Tatarorũ Palati-
num ſeu præſidem, quem illi Begum vo-
cant, perpetuum habẽt, qui Boryſthenis
& Tanaïs trajectus ſervat, firmo addito
præſidio, & foſſa ducta, in qua XVII
turres excitatæ Sachainbeiero Chano in
peninſula imperante, qui Tataros Noa-
gienſeis in Aſiatica Tanaïs ripa de im-
perio illi controverſiam facienteis inſi-
gni

excipitur; qui ſi Hypanis eſt, ut autumat Martinus Broniovius, corrigendæ ſunt Ptolomæi tabulæ, quæ Hypanim trans Boryſthenem ortũ verſus ponunt, cum Bogus ad occaſum Boryſtheni influat. In iis ſolitudinibus Sauramenſes campi & Circaſſii ſunt, & trans Boryſthenem Oſſovienſes ab arce & oppido dicti, quod in faucibus Tanais, qui eſt Donus hodie, qua Mæotidem paludẽ ingreditur, poſitum eſt. In iis ad peninſulam uſque, qua Dromon Achillei olim vocatã Boryſthenes & ſubjectus Carcinites ſinus efficiũt, per tuguria ac mapalia circiter XXX milliar. ſpatio late Tatari habitant. His adjacet Taurica Cherſoneſus Peloponneſo paullo minor, olim feritate damnata regio, & immani homines mactãdi & immolandi ritu infamis, in cujus faucibus Precopia eſt, à qua Precopienſes Tatari appellantur. Heracleotis olim, ut creditur, dein Eupatória & Pompeiopolis dicta, in qua Chani Tatarorũ Palatinum ſeu præſidem, quem illi Begum vocant, perpetuum habẽt, qui Boryſthenis & Tanaïs trajectus ſervat, firmo addito præſidio, & foſſa ducta, in qua XVII turres excitatæ Sachainbeiero Chano in peninſula imperante, qui Tataros Noagienſeis in Aſiatica Tanaïs ripa de imperio illi controverſiam facienteis inſi-
gni

gni ac memorabili clade ad Precopiam olim profligavit. Eo cum Chanus expeditionem aliquam ſuſcipit copiæ conveniunt; ſed nullum niſi conſulto Turcorum imperatore & conſentiente bellum ſuſcipere Chanus Tauricus poteſt niſi adverſus Moſcum, poſtquam Selimus peninſula in poteſtatem redactaChanos Precopienſeis juris Othomanici fecit. In qua præter Precopiam dignitate antecellit Beccaſarium Principum domicilio clarum, cui quaſi adhæret Salatica, & modico intervallo Sortaſſus pagus adjacet, legatorum, qui ex Polonia, Moldavia, Moſcia adveniunt, diverſorio celebris, ubi plerique à Genuenſibus originem ducentes ædem Chriſtianis ſacris initiatam frequentant. Hinc non procul Crimenſis arx viſitur, ubi argenteorum numorum officina eſt. nam aurum omneTurcis ex conditionibus pacis à Selimo poſt debellatos Tataros datæ cedit. Eodem porro in oppido arx eſt, ubi Saro (ſic principem vocant) in bellum proficiſcente, uxores ejus cuſtodiuntur. Secundum iſtas urbes mediterraneas, præcipuæ ſunt juxta mare Cafa, olim Theodoſia, Genuenſium colonia portu & commercio inſignis, quam communi jure Turci cum Tataris adminiſtrant. In templo ingens ibidem & pretioſa veterum

terum librorum ſupellex noſtra adhuc memoria erat, donec Italicorum ſacerdotum vel ſordibus vel contaminata vita effectū eſt, ut templum ad Armenios transferretur. Oppida deinde numerantur Sudagra tribus arcibus munita, Balachenum, Iambogia, Ingermenū, Corſuna, quæ Cherſonitarum civitas appellabatur, olim ſplendore ædificiorum, marmoreis molibus, ac templis regali ſuperbia elaboratis conſpicua, nunc ruderibus ac ruinis deformis, aſportatis à Turcis & aliis victricibus nationib⁹ huc illuc marmoreis & æreis rari operis columnis. Et à Chriſtianorum quidē reliquiis, quæ inibi ſunt, conſtanter proditur, Vlodimirum Roxolanorum Principem duas portas æris Corinthii & imagines ex monaſterii templo prædæ loco ablatas ſecum Kioviam deportaviſſe, quas Boleſlaus II Poloniæ rex poſtea in de Gneſnā, ubi ad majores templi valvas hodie viſuntur, tranſtulerit. Vlodimirū autem illum eam urbem Ioanni Zimiſcæ Conſtantinopolitano imperatori eripuiſſe, quam Baſilii & Conſtantini Auguſtorū ſorore Anna in uxorem accepta & ſacris Chriſtianis ritu Græcorum in eodem monaſterio à Patriarcha quodā initiatus poſtea reſtituerit. Ante urbem promontorium eſt Parthenium Stra-

terum librorum ſupellex noſtra adhuc memoria erat, donec Italicorum ſacerdotum vel ſordibus vel contaminata vita effectũ eſt, ut templum ad Armenios transferretur. Oppida deinde numerantur Sudagra tribus arcibus munita, Balachenum, Iambogia, Ingermenũ, Corſuna, quæ Cherſonitarum civitas appellabatur, olim ſplendore ædificiorum, marmoreis molibus, ac templis regali ſuperbia elaboratis conſpicua, nunc ruderibus ac ruinis deformis, aſportatis à Turcis & aliis victricibus nationibꝰ huc illuc marmoreis & æreis rari operis columnis. Et à Chriſtianorum quidẽ reliquiis, quæ inibi ſunt, conſtanter proditur, Vlodimirum Roxolanorum Principem duas portas æris Corinthii & imagines ex monaſterii templo prædæ loco ablatas ſecum Kioviam deportaviſſe, quas Boleſlaus II Poloniæ rex poſteą in de Gneſnã, ubi ad majores templi valvas hodie viſuntur, tranſtulerit. Vlodimirũ autem illum eam urbem Ioanni Zimiſcæ Conſtantinopolitano imperatori eripuiſſe, quam Baſilii & Conſtantini Auguſtorũ ſorore Anna in uxorem accepta & ſacris Chriſtianis ritu Græcorum in eodem monaſterio à Patriarcha quodã initiatus poſtea reſtituerit. Ante urbem promontorium eſt Parthenium Stra-

boni dictum, & poſtea Margutium ſive Mancopia, & ultima Carcinitum ſinum reſpiciens Coſtovia. Vinum heic nulla adhibita cura copioſe creſcit; fruges nullo labore, quaſi ſponte proveniunt; gregibus & armentis in peninſula innumeris paſcua abunde ſuppetunt, vireſcentibus etiam hieme pratis, quippe cum aqua nec glacie nec nive pruinave concreſcat; quo cœli temperamento fæcunditas ſoli maxime adjuvatur. Fructibus affatim ſuppetentibus non ſolum modice, ſed etiam intra modum utuntur, & frugalitate valetudine firmata innatam fortitudinem tuentur, ab omni luxu & delicato victu alieni. atque adeo ebrietas inter eos grave crimen cenſetur; adulteria vero, quæ luxũ conſequi amant, capite puniuntur. In civili adminiſtratione duo illa Iuſtitiæ columina, ut ne cui noceatur, & communi utilitati ſerviatur, religioſiſſime omnium ſervant, & quod magis mireris, in tã barbara & fera gente bellis & prædis aſſueta, nulla latrocinia aut furta ſunt, nullæ res amiſſæ deperduntur, adeo ut in ſolitudinibus illis iter facere, quam in frequentiſſimis regionibus & urbibus verſari plerunq; ſit tutius: ſiquidem apud eos cum telo ambulantes tanquam ſicarii coërcentur. cetera crimina brevibus definita legi-

legibus, quarum cuſtodia & interpretatio penes Mahumetanę ſectæ ſacerdotes eſt, ſevere vindicantur. Chanus ipſe, qui & Sarus dicitur, in jure dicundo aſſiduus eſt; cui à dextra Galga (ita militiæ præfectus vocatur) iſq; maximus natu frater Sari eſt; à ſiniſtra Soldani, qui filii Principis ſunt, cum primum adoleverunt, cum aliis Senatoribus, qui Atali dicuntur, juri dicundo aſſidere ſolent; quorum rogatis ſententiis ille decernit, nec niſi finita lite inde pedem cuiquam movere licet. Sunt & in oppidis judices Haionati vulgo appellati, qui jus inter nobileis Murſos vulgo vocatos dicunt, & menſæ à Principe adhibentur: quod virtutis prœmium in mediocribus hominibus minime pervulgatur. Ceterum ex iis majore in dignatione ſunt, qui plures captivos poſſident. cum moriuntur, arma præſtantiora cum equo præcipuo capit filius natu maximus; reliqua bona inter filios æqualiter dividuntur, tutela ad patruos delata. Principis frater, quem virtutis opinione jam ante Galgam deſignaverunt, decedente Saro ad regnum vocatur, vel eo deficiente filius defuncti natu major. ceteris præter Soldani nomen honoremq; nulla pars ditionis & imperii cedit. Princeps autem ipſe nulla prædia, nullũ ex agris vectigal

xra-

legibus, quarum cuſtodia & interpretatio penes Mahumetanę ſectæ ſacerdotes eſt,ſevere vindicantur. Chanus ipſe, qui &Sarus dicitur,in jure dicundo aſſiduus eſt ; cui à dextra Galga (ita militiæ præfectus vocatur)iſq; maximus natu frater Sari eſt; à ſiniſtra Soldani, qui filii Principis ſunt , cum primum adoleverunt, cum aliis Senatoribus , qui Atali dicuntur , juri dicundo aſſidere ſolent ; quorum rogatis ſententiis ille decernit, nec niſi finita lite inde pedem cuiquam movere licet. Sunt & in oppidis judices Haionati vulgo appellati , qui jus inter nobileis Murſos vulgo vocatos dicunt, & menſæ à Principe adhibentur : quod virtutis præmium in mediocribus hominibus minime pervulgatur. Ceterum ex iis majore in dignatione ſunt , qui plures captivos poſſident.cum moriuntur,arma præſtantiora cum equo præcipuo capit filius natu maximus ; reliqua bona inter filios æqualiter dividuntur, tutela ad patruos delata.Principis frater, quem virtutis opinione jam ante Galgam deſignaverunt , decedente Saro ad regnum vocatur, vel eo deficiente filius defuncti natu major. ceteris præter Soldani nomen honoremq; nulla pars ditionis & imperii cedit. Princeps autem ipſe nulla prædia, nullũ ex agris vectigal

ærariumve habet, pręter equos ex ſingulis fontibus ſingulos, & portoria, quæ ei cum Turcis communia ſunt: metalla item, præter aurũ, quod ex fœdere Turci eſt, ejus propria, accedentibus ad hæc decimis ex prædiis omnibus: item ex ſingulis captivis majoris pretii III, ex vilioribus ſinguli aurei ſeu chequini Chano penduntur. Annonam populus domi & in militiam ſponte ſuppeditat, ex ærario etiam Turcico quinquies mille & Iↄ aureos quotannis accipit, filio obſide dato. his tenuibus opibus immane quantum virium & copiarum ſuſtentatur, quæ omneis Chriſtianos exercitus numero vincunt. etenim ſi educere exercitum eſt opus, CL cIↄ equitum, in ſingulis tuguriis tantum relictis ſingulis viris, qui focos & lares tueantur, celerrime conveniunt; quibus ſi Circaſſii & Aſtracani ſe conjunxerint, ut fere ſolent, bis centum erunt & amplius millia. Si quis ad diem indictum non convenerit, capitale eſt. Singuli porro plureis equos ducunt, ſuiſque ſubito, ne paſcua vaſtent, finibus excurrunt, annonam militarem trium menſium ſecum portantes, carnem ſcilicet exſiccatam, allium, caſeum, herbarum radices, quas aromatum loco habent, & à noſtris ideo Tartaricæ vulgo vocantur. ditiores etiam ſpecies alias

alias addunt. de pane & vino ſolliciti non ſunt; aquam etiam nullam obeſſe poſſe exiſtimant, âllio prius ſumpto. Ligna quædam & unà cum annona unico equo vehunt, quibus inſtar tugurii erectis palea ſuperpoſita, foliis arborum aut gramine teguntur. quæ ſi defecerint, detractis equorum ephippiis capita reliquo corpore intecto cooperiunt. Aliis equis pharetras & arcum imponunt, alios & fere viliores initio aſcendunt. ipſi de via fatigati ſumpto allio & iis, quas dixi, radicibus pro cibo utuntur, & vireis recreant, hauſto etiam pro vino ſanguine, & interdum equarum lacte, quod ſingulare adverſus famem, ſitim, æſtumque præſidium in deliciis habent. Pro vexillis dependenteis ex haſta crineis ac ſetas geſtant, excepto principis ſigno, quod à Turcorum imperatore acceptũ ex holoſerico præferri ſolet. Inter incedendum nullum aciei agminiſve ordinem ſervant. quoquo verſus circumſepto principe globi inſtar, quo pabuli copia ſuppetit, procedunt, nullis eos fluminibus, quæ vaſtiſſima & rapidiſſima illis locis ſunt, nullis aquarum gurgitibus tardantibus; ita & equi & homines ſimul natandi periti ſunt. & ſi quidem alta & late patens aqua fuerit, caudis equorũ ephippia cum ſarcinis, adjunctis

alias addunt. de pane & vino ſolliciti non ſunt; aquam etiam nullam obeſſe poſſe exiſtimant, allio prius ſumpto. Ligna quædam & unà cum annona unico equo vehunt, quibus inſtar tugurii erectis palea ſuperpoſita, foliis arborum aut gramine teguntur. quæ ſi defecerint, detractis equorum ephippiis capita reliquo corpore intecto cooperiunt. Aliis equis pharetras & arcum imponunt, alios & fere viliores initio aſcendunt. ipſi de via fatigati ſumpto allio & iis, quas dixi, radicibus pro cibo utuntur, & vireis recreant, hauſto etiam pro vino ſanguine, & interdum equarum lacte, quod ſingulare adverſus famem, ſitim, æſtumque præſidium in deliciis habent. Pro vexillis dependenteis ex haſta crineis ac ſetas geſtant, excepto principis ſigno, quod à Turcorum imperatore acceptũ ex holoſerico præferri ſolet. Inter incedendum nullum aciei agminiſve ordinem ſervant. quoquo verſus circumſepto principe globi inſtar, quo pabuli copia ſuppetit, procedunt, nullis eos fluminibus, quæ vaſtiſſima & rapidiſſima illis locis ſunt, nullis aquarum gurgitibus tardantibus; ita & equi & homines ſimul natandi periti ſunt. & ſi quidem alta & late patens aqua fuerit, caudis equorũ ephippia cum ſarcinis, ad-

junctis juncorum arundinumve faſciculis quibuſdã alligant. ipſi jubis adhærentes nudi, laxato freno, altera manu virga vel ipſo alvei curſu quaſi gubernaculo, quo intendunt, equum impellente, tranſmittunt. ſic ubi contra humilior aqua obtigerit, in equum ex flumine inſiliunt, paullulumque interquieſcunt, dum equi ſpiritum ducere ac reſpirare poſſint. Principi autẽ transmiſſuro connexis equorum caudis & adjuncto juncorum plexu ſedes ſternitur. Vbi fretum aut mare ſuperandum occurrit, occiſis equis vilioribus pelles detrahunt, ex iiſq; inverſis ac pinguedine oblitis, etiam coſtis trabis loco intextis naviculas conſuto crinibus celeriter corio conficiunt, quibus ſingulis octoni homines cum totidem extra utrinque ad latera attractis equis tranſportari queunt. ſin autẽ currus & vehicula traducenda fuerint, rotis exemptis crebros juncorum manipulos vehiculis imponunt, equorumque caudis annectunt, atq; ita tanquam in navicula perito natatore equos dirigente trajiciunt. Si quid in transmittendo periculi inciderit, ſigno ex herbis poſito, ſocios, qui ſequuntur, præmonẽt; cujuſmodi notis & interdiu vias diſtinguunt, noctu ut nautæ in mari ad parvam cynoſuram profectionis curſum dirigentes.

Arma illis in uſu ſunt arcus, machæra, clavus ferreus & globus à fune aliquot ulnarum pendentes. haſtas & ſclopetos noſtros fere negligunt, in quibus curandis plus operæ quam in uſu utilitatis eſſe cenſent, atque adeo ad venationes domum relinquunt. Viros, quos hoſtili in ſolo obvios offenderunt, ne exploratas ipſorum copias enuncient, omneis occidunt, mulieres & pueros inviolatos relinquentes; neque donec revertantur, de captivis aut præda laborant, ſed omnia, niſi pactionibus aliter cautum fuerit, devaſtant ac perdunt. Vbi certamen incidit, neque prœlii fortunam temere tentare, nec niſi bene ominatis diebus periclitari ſolent, ac numquam fere univerſis copiis decernunt, ſed emiſſis aliquot, qui hoſtem velitatione pertentent, auxilia deinceps ſuis ſummittunt, quandiu eminus pugnare datur: ſin comminus erit neceſſe, horrendis clamoribus editis & denſatis agminibus vim faciunt. cum re geſta domum revertuntur, in finibus ante omnia ex communi præda damna, quæ ſocii acceperunt, arbitrio principis compenſant, tum reſiduum inter ſe æqualiter dividunt: ubi ſi quid. quis ſocios celaverit, prædæ partem cum vita amittit. quo fit ut de victoria magis quam

tes. Arma illis in uſu ſunt arcus, machæra, clavus ferreus & globus à fune aliquot ulnarum pendentes. haſtas & ſclopetos noſtros fere negligunt, *in quibus* curandis plus operæ quam in uſu utilitatis eſſe cenſent, atque adeo ad venationes domum relinquunt. Viros, quos hoſtili in ſolo obvios offenderunt, ne exploratas ipſorum copias enuncient, omneis occidunt, mulieres & pueros inviolatos relinquentes; neque donec revertantur, de captivis aut præda laborant, ſed omnia, niſi *pactionibus* aliter cautum fuerit, devaſtant ac perdunt. Vbi certamen incidit, neque prœlii fortunam temere tentare, nec niſi bene ominatis diebus periclitari ſolent, ac numquam fere univerſis copiis decernunt, ſed emiſſi aliquot, qui hoſtem velitatione pertentent, auxilia deinceps ſuis ſummittunt, quandiu eminus pugnare datur: ſin comminus erit neceſſe, horrendis clamoribus editis & denſatis agminibus vim faciunt. cum re geſta domum revertuntur, in finibus ante omnia ex communi præda damna, quæ ſocii acceperunt, arbitrio principis compenſant, tum reſiduum inter ſe æqualiter dividunt: ubi ſi quid. quis ſocios celaverit, prædæ partem cum vita amittit. quo fit ut de victoria magis quam

de præda ſolliciti ſint. Quàm infeſti vicinis & in hoſtico terribiles, tam domi pacate & inter ſe innocenter degunt. & hieme quidem in tuguriis ſive mapalibus per vaſtos illos, quos dixi, campos ex materia tenui, limo, cœno vel pecorum & aliorum animalium fimo oblitis ac contectis ſe à frigoris aſperitate & cæli injuria defendunt. ineunte Aprili cum uxoribus, liberis & omni familia, mancipiis, pecoribus & armentis in domibus rotundis vix quinque homineis capientibus (pileata tentoria vocat Laonicus Chalcondyles, quæ rotis duabus ſuſtentantur) quaſi in plauſtris vagantur, unde olim Hamaxobii appellati. Ex ea gente prodiit famoſiſſimus ille orientis vaſtator, & ſecundum Attilam Hunnorum Regem, alterum Dei flagellum Tamerlanus, homo ſpecie deformis, & altero pede claudus, nec vegeto ſatis ingenio. qui cum in Caramania ſeu Cilicia in ſchola operam literis daret, à condiſcipulis quaſi per ludibrium in ludo electus eſt, ceteris puerilem dignitatem refutantibus. qua ille tamen joco accepta poſtea ſerio uſus eſt. nam adultior in illa ſociorum frequentia animos vere regios ſumpſit, & contractis jam penes ſe majoribus copiis blandiente licen-

tia etiam multos eorum, qui Bajazeti tunc militabant, ad ſe ludicri regni ſpecie pellexit. quibus poſtremo fretus, Bajazetem, qui parva hæc initia imprudenter contempſerat, poſtremo ad prælium adactum, fuſumq; ac captum, fœdiſſimam ſervire ſervitutem coegit. quod vero è literario ludo prodiiſſet, quibus iiſdem initiis & Sciriſiorum, qui nunc in Mauritania regnant, imperium fundatum eſt, ut ſuo loco diximus, cum Turcica lingua Thamer diceretur, Tamerlanus appellatus eſt, quaſi Thamer è ſchola dicas. nam Turcis, lanus, ſchola eſt; quamvis alii Temurem dicant, cui Leugi, quod claudus eſſet, cognomentum additum ſit. Tartarorum autem nomen circa annum cIↄ cc xxviii primum innotuit; qui bipartito agmine Europam & Aſiam eodem tempore invaſerunt. & qui Aſiam petiere, Georgianam ſuperioremque Armeniam pervagati, Iconium uſque, Turcorum regiam, pervenere. alia manu Batho duce, vaſtatis Suſdalis & Smolenſibus Moſcoviæ provinciis & Kiovia Ruſſorum metropoli funditus deſtructa, Poloniam & Hungariam ingreſſi, Sendomiria ac Cracovia à Boleſlao Pudico deſertis, etiam Vratiſlavia potiti ſunt, & Henricum Pium Quadorum ducem S. He-

licentia etiam multos eorum, qui Bajazeti tunc militabant, ad ſe ludicri regni ſpecie pellexit. quibus poſtremo fretus, Bajazetem, qui parva hæc initia imprudenter contempſerat, poſtremo ad prœlium adactum, fuſumq; ac captum, fœdiſſimam ſervire ſervitutem coegit. quod vero è literario ludo prodiiſſet, quibus iiſdem initiis & Scirifiorum, qui nunc in Mauritania regnant, imperium fundatum eſt, ut ſuo loco diximus, cum Turcica lingua Thamer diceretur, Tamerlanus appellatus eſt, quaſi Thamer è ſchola dicas. nam Turcis, lanus, ſchola eſt; quamvis alii Temurem dicant, cui Leugi, quod claudus eſſet, cognomentum additum ſit. Tartarorum autem nomen circa annum cIↄ cc XXVIII primum innotuit; qui bipartito agmine Europam & Aſiam eodem tempore invaſerunt. & qui Aſiam petiere, Georgianam ſuperioremque Armeniam pervagati, Iconium uſque, Turcorum regiam, pervenere. alia manu Batho duce, vaſtatis Suſdalis & Smolenſibus Moſcoviæ provinciis & Kiovia Ruſſorum metropoli funditus deſtructa, Poloniam & Hungariam ingreſſi, Sendomiria ac Cracovia à Boleſlao Pudico deſertis, etiam Vratiſlavia potiti ſunt, & Henricum Pium Quadorum ducem S. He-

duigis filium ad Lignitiam cum exercitu trucidarunt. inde in Marcomannos deſcendentes in Hungaria conjunctis viribus etiam Belam quater profligant anno illius ſeculi XLI; biennioque in ea conſumpto per Valachiam & Podoliam domum redeunt. Quo tempore Innocentius IIII P. R. miſſis ex concilio Lugdunenſi legatis Bathum, ut religionem Chriſtianam ſuſciperet, hortatus eſt, exiguo fructu. nam ille quidem inducias aliquot annorum conceſſit; ceterum Saracenis inſtigantibus Mahumetanam perfidiam conſtanter amplexus eſt. Cum autem gens ea Scythica initio in VII veluti tribus ſeu hordas diſtributa eſſet, quarum hæc erant nomina, Tartar, Tangur, Cunat, Tatair, Sonic, Mongli, Tebeta; & anguſtam inter Ripæos montes & mare Caſpium pro multitudine regionem à Georgianorum regulis in Aſia incolerent: ſenex quidam prudentiæ & ſanctitatis opinione inter eos inſignis ex tribu Tartar, Changius nomine, ſocios ad libertatem vocavit, iisque ſe ducem præbuit; qui ex anguſtiis illis egreſſi, quum felici victoriarum curſu late Imperium in Aſia propagaſſent, Tartari à tribu ſua univerſi dicti ſunt. alii à Tataro fluvio, cujus accolæ Sumogli ſunt, dici volunt, & in iis Joannes Leunclaïus harum rerum diligens ſcriptor. alii denique Tartaros lingua Syriaca reſiduos ac reliquos dici autumant, quaſi hi ex Iſraëlitarum fæce reliquiæ ſint; cui rei firmandæ argumento eſt, quod illi etiam ante Mahumetis adventum circumciſione, utpote à Iudæis accepta, uterentur.

III.

Tractatus de Tartaris Præcopenſibus, Cherſoneſiis & Boſporiis.

TAurica Cherſoneſus, arboris folio ſimilis eſt, quod pediculo ſuo Scythiæ continenti jungitur, ac alteram alam in paludem Mæotidem, alteram vero unà cum extremitate aut cuſpide in Mare majus extendit. Veteres Gazariam eam dixerunt; ac celebris fuit tum propter ſoli ubertatem, tum etiam propter piſcationes. Longo tempore ſub variis fuit dominis, qui Principes Boſporani vocabantur; ac confuſa fuit regiminis forma, donec eam Tauri, Scythiæ populi, occuparunt, ac Tauricam eam nominarunt. Mithridates poſtea Rex Ponti, hos dévicit, ac provinciam vaſto ſuo adjecit imperio, ut qui ejuſmodi acquiſitionibus, tanto potentior eſſet contra Romanos. quos etiam bello

Ioannes Leunclàius harum rerum diligens ſcriptor. alii denique Tartaros lingua Syriaca reſiduos ac reliquos dici autumant, quaſi hi ex Iſraëlitarum fæce reliquiæ ſint; cui rei firmandæ argumento eſt, quod illi etiam ante Mahumetis adventum circumciſione, utpote à Iudæis accepta, uterentur.

III.

Tractatus de Tartaris Præcopenſibus, Cherſoneſiis & Boſporiis.

TAurica Cherſoneſus, arboris folio ſimilis eſt, quod pediculo ſuo Scythiæ continenti jungitur, ac alteram alam in paludem Mæotidem, alteram vero unà cum extremitate aut cuſpide in Mare majus extendit. Veteres Gazariam eam dixerunt; ac celebris fuit tum propter ſoli ubertatem, tum etiam propter piſcationes. Longo tempore ſub variis fuit dominis, qui Principes Boſporani vocabantur; ac confuſa fuit regiminis forma, donec eam Tauri, Scythiæ populi, occuparunt, ac Tauricam eam nominarunt. Mithridates poſtea Rex Ponti, hos devicit, ac provinciam vaſto ſuo adjecit imperio, ut qui ejuſmodi acquiſitionibus, tanto potentior eſſet contra Romanos. quos etiam bello

bello aggredi auſus eſt; in quo tamen nihil fecit aliud, quam quod propriam ſibi acceleravit ruinam. A Romanis enim victus, non Tauricam modo & Boſporum cum aliis ſuis novis acquiſitis, ſed & Pontum (regnum ſuum proprium) amiſit. Et poſt hanc victoriam, Romani novos in hiſce partibus conſtituerunt reges, quos Boſpori Reges appellarunt.

In Imperii diviſione provinciæ hæ orienti aſcriptę ſunt: quo nomine etiam Genuenſes, qui tunc in flore erant, majorem ac meliorem Tauricæ partem claſſibus ſuis occuparunt, novamque coloniam Theodoſiam (quæ hodie Caffa dicitur) deduxerunt, ac totam fere maritimam Provinciæ partem poſſederunt. Anno poſtea cIↄ cc L, Tartari vi eam ingreſſi, Genuenſes quidem non prorſus expulerunt, quamvis maximis eos affecerint damnis, donec in dona quædam tributorum loco conſentire coacti ſunt, Tartaris reliquum, tam in paludis Mæotidis & Maris majoris littoribus, quam in continenti, campis ſcilicet fertiliſſimis, ac etiam extra peninſulam, eam Scythiæ partem, quæ Crimæa dicitur, uſque ad montes Riphæos poſſidentibus.

In hoc itaque tractu nunc Tartari

Pre-

Precopenſes habitant, qui magnam atque amplam tam in longitudine, quam in latitudine regionem poſſident, ac dominium ſuum, uſque ad Tanaim Europæ terminum verſus Orientem, & ultra Boryſthenem ve:ſus Occidentem extendent, ubi Polonorum contingunt limites; ac illi ipſi ſunt, qui frequentibus ſuis excurſionibus Poloniæ à partibus Podoliæ & Ruſciæ ſunt infeſti quemadmodum & Moſcoviæ, quam ad Septentrionem contingunt, multa damna inferunt. A Meridie Turcas ſibi habent imminentes, qui maximam ac meliorem nunc Tauricæ partem poſſident, & præcipue Caffam Genuenſium, ut dixi, coloniam, quam Mahometh ille, qui anno cIↄ cccc xxv Conſtantinopolim cepit, ipſis extorſit. Vbi Genuenſes amiſſa Pera, atque omni alia commoditate ſubſidii ad illorum locorum defenſioné ſubmittendi) non deſtiterunt tamen terreſtri ex Italia aliquot equitum turmas, tanta cura, tamq; memorabili ſimul & mirabili alacritate, tantiſque ſumptibus mittere, ut vel maximum totius mundi Principem, præter tam longi itineris pericula, detinere potuiſſent. nequaquam tamen & potentiæ & felicitati Mahometis reſiſtere potuerunt. Eodem hic tempore Tartaros

Pre-

Precopenſes habitant, qui magnam atque amplam tam in longitudine, quam in latitudine regionem poſſident, ac dominium ſuum, uſque ad Tanaim Europæ terminum verſus Orientem, & ultra Boryſthenem verſus Occidentem extendunt, ubi Polonorum contingunt limites; ac illi ipſi ſunt, qui frequentibus ſuis excurſionibus Poloniæ à partibus Podoliæ & Ruſciæ ſunt infeſti; quemadmodum & Moſcoviæ, quam ad Septentrionem contingunt, multa damna inferunt. A Meridie Turcas ſibi habent imminentes, qui maximam ac meliorem nunc Tauricæ partem poſſident, & præcipue Caffam Genuenſium, ut dixi, coloniam, quam Mahometh ille, qui anno cIↄ cccc xxv Conſtantinopolim cepit, ipſis extorſit. Vbi Genuenſes (amiſſa Pera, atque omni alia commoditate ſubſidii ad illorum locorum defenſioné ſubmittendi) non deſtiterunt tamen terreſtri ex Italia aliquot equitum turmas, tanta cura, tamq; memorabili ſimul & mirabili alacritate, tantiſque ſumptibus mittere, ut vel maximum totius mundi Principem, præter tam longi itineris pericula, detinere potuiſſent. nequaquam tamen & potentiæ & felicitati Mahômetis reſiſtere potuerunt. Eodem hic tempore Tartaros

Precopenſes tantum non in ſervitutem redegit, coactos ut ipſius ſigna (quocunque etiam vocarentur) vel minimis ſequerentur ſtipendiis. Neque ullis aliis unquam familia Ottomanica, quam hiſce Tartaris, uſa eſt; ac his ipſis Baiazethes quoq; contra patrem, contracta cum ipſis affinitate, uſus eſt. Verum quidem eſt, quod, quum majori coguntur exire numero, Nochaienſes in ſocietatem vocent, qui ultra Tanaim in proximis Aſiæ limitibus habitant, ac numeroſiſſimi ſunt, atque ex principali ſua horda uſque ad ſeptuaginta colonias deduxerint: ſed tamen Turcæ nunquam eum quem poſſent educunt numerum, veriti ne vim aliquando ab ipſis patiantur: neque etiam Precopenſes ex ſuo territorio plures quam triginta aut quadraginta, ad ſummum, equitum (nam pedites non militant) educunt, qui non amplius quam unicum Sultaninum (monetæ genus eſt) pro toto anno, in ſtipendio accipiunt, cætera rapto aut ex præda quærere coacti.

Sub ſuo hi vivunt Rege, qui pro more Chan aut Czar dicitur. Familia autem Regia Cherei vocatur. Ingenioſi ſunt, & animoſiores quam reliqui in vicinia Tartari. Regia ipſorum civitas olim Solgati, ab aliis autem Crim dicebatur,

batur, in ſuperiori Taurica ſita; unde & illi populi ab aliquibus Hiſtoricis Crimenſes, quemadmodum & illa extra Iſthmum provincia Taurica Crimæa (quod, ut Polonorum dicunt Hiſtoriæ, munitionē ſignificat) vocatur. Sed ego antiquius illud puto eſſe nomen, atque illud eſſe emporium cujus Herodotus meminit, Cremini illud vocans, ac nomen explicans, dicendo: id eſt, Prærupta. quod ita deſcribit, ut proprie ſitui in quo Crim eſt conveniat. Poſtquam autem hæc natio pedem in Taurica fixit, regiam quoque ſedem eo ac in civitatem Bavaſaria tranſtulit, quæ in Tauricæ meditullio ſub montibus jacet, qui ab oriente verſus occidentem extenſi, totam eam regionem in duas partes fere æquales dividunt; quarum optimam (verſus meridiem nimirum) hodie Turcæ poſſident; altera (ſeptentrionali ſcilicet) Tartaris relicta. Habent autem & alias civitates in peninſula hac, nempe Cherchiarden Cremum, Surgati, Taffre, hodie Precopiam dictam :: extra vero peninſulam uſque ad Boryſthenis ripas, habent Nigropolim, ac alias, nullius tamen momenti, civitates. Et ultra Boryſthenem eſt Orcicovia, in qua Princeps plerumque propter Maris commoditatem, & quod Poloniæ ſit vicinior, &

ad

batur, in ſuperiori Taurica ſita; unde & illi populi ab aliquibus Hiſtoricis Crimenſes, quemadmodum & illa extra Iſthmum provincia Taurica Crimæa (quod, ut Polonorum dicunt Hiſtoriæ, munitionẽ ſignificat) vocatur. Sed ego antiquius illud puto eſſe nomen, atque illud eſſe emporium cujus Herodotus meminit, Cremini illud vocans, ac nomen explicans, dicendo: id eſt, Prærupta. quod ita deſcribit, ut proprie ſitui in quo Crim eſt conveniat. Poſtquam autem hæc natio pedem in Taurica fixit, regiam quoque ſedem eo ac in civitatem Bavaſaria tranſtulit, quæ in Tauricæ meditullio ſub montibus jacet, qui ab oriente verſus occidentem extenſi, totam eam regionem in duas partes fere æquales dividunt; quarum optimam (verſus meridiem nimirum) hodie Turcæ poſſident; altera (ſeptentrionali ſcilicet) Tartaris relicta. Habent autem & alias civitates in peninſula hac, nempe Cherchiarden Cremum, Surgati, Taffre, hodie Precopiam dictam: extra vero peninſulam uſque ad Boryſthenis ripas, habent Nigropolim, ac alias, nullius tamen momenti, civitates. Et ultra Boryſthenem eſt Orcicovia, in qua Princeps plerumque propter Maris commoditatem, & quod Poloniæ ſit vicinior, &
ad

informet, nullam aliam in ea provincia eſſe foſſam notabilem, quam hanc à Scytharum nothis ductam, aſſentirer forte. In medio autem relinquo, hoc ſaltem addens, quod foſſa hæc à ſervorum (qui cœci plerique erant) filiis ac Scytharum nothis ducta, Oriza nominata fuerit, fortaſſis à fine: Ideo enim à montibus Tauricis qui in Scythia erant (è qua illi egreſſi ſunt qui Cherſoneſo de qua nunc agimus, nomen dederunt) uſque ad paludem Mæotidem eam deduxerunt, ut ea regione, quæ Cherſoneſus non erat, domum redeuntes dominos excluderent.

Cherſoneſus, aut Cherroneſus (eodem enim modo ſcribitur) Græca vox eſt, & peninſulam ſignificat, hoc eſt, regionem totam fere aqua circundatam. Veneti corrupte Poloneſam (*Poleſine*, aut *Poleſene*) vocant: quod nomen non à Pò (ſic Padum dicunt) derivatum, ut putant aliqui, ſed à voce Peninſula corrupta deductum.

Sunt & aliæ Provinciæ, præter Tauricam, quæ Cherſoneſi dicuntur; nempe Cimbrica & Aurea, & aliæ ſimiles, quarum aliæ aliis ſunt celebriores: imo eſt & quæ particulari hoc gaudebat olim nomine, quæ nunc Galipolis; & ſita eſt inter anguſtias *il Stretto di Galipoli* Ita-

liæ dictas, & ſinum Candiæ. & in ipſa Græcia duæ quoque ſimiles reperiuntur peninſulæ, in ſinu Salonichiano ſeu Theſſalonicenſi: quarum alteram Acanthin, ejusque iſthmum Acanthion vocarunt: altera hodie caput ſancti Gregorii dicitur. Extra Græciam tota Africa peninſula eſt, neque ampliore quam ſexaginta milliarium in latitudinem continenti jungitur ſpatio aut iſthmo. Morea quoque, quam veteres Peloponneſum vocarunt, peninſula eſt, & forma & magnitudine Tauricæ fere ſimilis. Peninſula itidem eſt Scandia, aut Scandinavia dicta, quæ Regna Sueciæ, Norvegiæ, & Daniæ partem, cum Bodnia & Finmarchia continet, ac uſque ad Mare glaciale, à quo & ſinu Bodnico aut Finnico parvo ſeparatur terræ ſpatio, extenditur. Peninſula quoque eſt Peru, aut America Peruviana, hoc eſt, tota illa Novi mundi pars, quod *Mare del Nort*, & Mari meridionali, quod *Mar del Zur* nautæ vocant, alluitur: ac verſus meridiem freto Magellanico à continente ſeparatur: verſus ſeptentrionem autem parvo iſthmo eidem jungitur, ut in tabula Mercatoris & aliorum videre eſt. Hinc paulo ulterius occurrit alia peninſula, verſus ſinum Mexicanum, quæ Iucatan provincia dicitur.

De harum autem peninſularum aliquibus, præcipue autem de Taurica, Cimbrica, & Aurea, proferam ea, quæ notabiliora ſunt, aut ſaltem ea quæ in mentem mihi revenient. Et quia Taurica huic diſſertationi præcipue occaſionem præbuit, pauca quædam, præter ea quæ ſuperius dicta ſunt, de ea adjiciam.

Hæc à ſcriptoribus vocatur aliquando Taurica, aliquando vero Scythia: à recentioribus autem Gazaria dicitur. In circuitu habet circa 15 milliaria. In altero latere occidentem verſus alia eſt parva peninſula, quam proprio nomine Cherroneſum vocant, in cujus ſuperiore parte civitas eſt antiqua, eodem nomine celebris. Solebat autem hæc Cherroneſus eſſe provincia valde populoſa; ac circiter triginta in ea civitates fuiſſe memorantur. Quod factum eſt propter magnam omnium ad victum neceſſariorum ibidem copiam, mari piſces & vicina Scythia, vinum vero & frumenta ipſa terra in magna abundantia ſubminiſtrantibus: tota enim frumentorum fertiliſſima eſt, unde & habitatores ejus agricolæ dicuntur, ad vicinorum Scytharum (qui Nomades, id eſt, paſtores dicuntur) differentiam: qui ipſi frumentis etiam Mithridati regi tributum pendebant: Et teſtantur hiſtoriæ, quod

De harum autem peninſularum aliquibus, præcipue autem de Taurica, Cimbrica, & Aurea, proferam ea, quæ notabiliora ſunt, aut ſaltem ea quæ in mentem mihi revenient. Et quia Taurica huic diſſertationi præcipue occaſionem præbuit, pauca quædam, præter ea quæ ſuperius dicta ſunt, de ea adjiciam.

Hæc à ſcriptoribus vocatur aliquando Taurica, aliquando vero Scythia: à recentioribus autem Gazaria dicitur. In circuitu habet circa Iↄ milliaria. In altero latere occidentem verſus alia eſt parva peninſula, quam proprio nomine Cherroneſum vocant, in cujus ſuperiore parte civitas eſt antiqua, eodem nomine celebris. Solebat autem hæc Cherſoneſus eſſe provincia valde populoſa; ac circiter triginta in ea civitates fuiſſe memorantur. Quod factum eſt propter magnam omnium ad victum neceſſariorum ibidem copiam, mari piſces & vicina Scythia, vinum vero & frumenta ipſa terra in magna abundantia ſubminiſtrantibus: tota enim frumentorum fertiliſſima eſt, unde & habitatores ejus agricolæ dicuntur, ad vicinorum Scytharum (qui Nomades, id eſt, paſtores dicuntur) differentiam: qui ipſi frumentis etiam Mithridati regi tributum pendebant: Et teſtantur hiſtoriæ, quod

Græciam aliquando paverint, quemadmodum & hodie magna copia Conſtantinopolim deportatur. Præcipuæ autem merces, quæ ab illis proveniunt partibus, ſunt ſal, mel, quod ſubamarum eſt, & cera. Frequentes enim ibi ſunt ſylvæ, in quibus apes alvearia ſua condunt. Item piſces ſale conditi, qui tum in Mari majori, tum in palude Mæotide, maxima capiuntur copia. Atque hinc frequens Caffæ erat mercatus, dum in Genuenſium fuit poteſtate. Sed tamen Tanæ, ad Tanaïs fluminis fauces ſitæ, ubi in paludem Mæotim id ſe exonerat, frequentior fuit mercatus. Eo enim & aromata ab Indicis maribus ad Indum fluvium, hinc ad Oxam, inde ad mare Caſpium, atque inde rurſus ab oriente occidentem verſus, uſque ad Citracanum aut Aſtracanum, celeberrimum ejus temporis Tartarorũ Aſtracanenſium emporium, hodie Moſcovitis ad Volgæ fauces ſitum, ac Rha dictum, inde demum Tanam Carovanis deportabantur, atq; Venetorum & Genuenſium navibus in Italiam delata, in alias quoq; provincias diſtrahebantur.

Illis temporibus Veneti ſuos conſules atque alios nobiles propter commercia illa tam in Caffa quam in Tana habebant. Noſtro autem hoc tempore, lon-

ge diverſo itinere aromata illa devehuntur, neque forte abſque inſigni Divinæ providentiæ conſilio; quæ non vult, ut unus idemque populus tantis ſemper gaudeat divitiis, ſed per ejuſmodi viciſſitudines ita eas repartitur, ut omnes iis frui poſſint. Præter autem frumenta aliasque merces Conſtantinopolim etiam deportantur piſces ſale confecti, atque omnis generis ſalſamenta, quæ per totam inde ſparguntur Græciam, ac loca ei vicina, uſque ad Italiam etiam, ut ſunt ſturiones, palamides, & botarghæ majores, quæ cera inducuntur: minores autem aliunde veniunt, nempe è ſinu Sartano, (*Golfo di Sarta* Italice dicto) prope Corfu: & è Bojana prope Albaniæ Scutarlum, ac aliis.

Nulla autem amplius vel Caffam, vel Tanam Italica commeant navigia, neque etiam aliorum populorum Chriſtianorum, ne ſe indiſcretæ Turcarum barbariei exponant. Veniunt autem aliquando Genuam Caffanæ naves. Vectores quoque ſe à Genuenſibus deſcendere profitentur, cæterùm tamen & morum & linguæ & religionis patriæ obliti, maxima ſua propria culpa, cum vix centum & quinquaginta annos ſub Turcarum fuerint poteſtate. Audio interim eſſe homines ſic ſatis civiles, forte pro-

ge diverſo itinere aromata illa devehuntur, neque forte abſque inſigni Divinæ providentiæ conſilio; quæ non vult, ut unus idemque populus tantis ſemper gaudeat divitiis, ſed per ejuſmodi viciſſitudines ita eas repartitur, ut omnes iis frui poſſint. Præter autem frumenta aliaſque merces Conſtantinopolim etiam deportantur piſces ſale confecti, atque omnis generis ſalſamenta, quæ per totam inde ſparguntur Græciam, ac loca ei vicina, uſque ad Italiam etiam, ut ſunt *ſturiones*, palamides, & botarghæ majores, quæ cera inducuntur: minores autem aliunde veniunt, nempe è ſinu Sartano, (*Golfo di Sarta* Italice dicto) prope Corfu: & è Bojana prope Albaniæ Scutarium, ac aliis.

Nulla autem amplius vel Caffam, vel Tanam Italica commeant navigia, neque etiam aliorum populorum Chriſtianorum, ne ſe indiſcretæ Turcarum barbariei exponant. Veniunt autem aliquando Genuam Caffanæ naves. Vectores quoque ſe à Genuenſibus deſcendere profitentur, cæterum tamen & morum & linguæ & religionis patriæ obliti, maxima ſua propria culpa, cum vix centum & quinquaginta annos ſub Turcarum fuerint poteſtate. Audio interim eſſe homines ſic ſatis civiles, forte pro-

pter Italicam originem, aut etiam cœli inclinationem aliquam. Sub ſexto enim habitant climate, in regione frigidiuſcula; quæ quamvis vites ferat, ac uvas ad maturitatem producat, brumæ tamen tempore terra operiendæ ſunt, quemadmodum & in majore Germaniæ parte fieri ſolet.

Iſthmum autem, aut anguſtum illud ſolum, è quo peninſula hæc à continente dependet, ut Strabo dicit, ab aliquibus octuaginta in latitudinem patere putatur milliaribus: ac ſcripſit ipſe, ſuperius nominatum Mithridatem Eupatorem muro eum clauſiſſe. Sed credo etiam in hoc ſpacio numerari lacum, qui paludis Mœotidis pars eſt, atque in ipſo iſthmo reſtagnat, in quem per anguſtum canalem ingreditur. Atque terræ illius ſpacium multo erit anguſtius, ac folii, cui & Tauricam aſſimilavimus, pediculo perſimile: quod & ab incolis, cum Itali ſua ibi adhuc haberent commercia, *Zuccola* vocabatur. Quod nomen neſcio an ab Italis mutuarint qui cucurbitam *Zuccam* dicunt, quaſi cucurbitæ folio eſſet ſimilis; an vero barbara ſit, ac aliud quidpiam ſignificet. Hoc autem obſervavit Strabo in hujus regionis deſcriptione, quod quamvis extra noſtrum ſit propoſitum, non tamen

men incommode hoc inſeretur loco: nimirum primum qui Boſpori hujus ſuſcepit dominium, Pariſadem fuiſſe nominatum, cujus poſteri multis poſtea ſeculis in eo regnarunt, donec tandem ſub ejuſdem nominis poſtremo in Mithridatis poteſtatem devenit. Quod & in aliis regnis obſervatum eſt, quæ in eodem quo cœperunt nomine tandem deſierunt. Imperium Romanum in Auguſto cœpit: in Auguſto aut Auguſtulo deſiit. Gothorum in Italia Regnum ab Alarico fundatum, in alio Alarico extinctum eſt atque deletum. Conſtantinopolitanum Chriſtianorum Imperium in Conſtantino S. Helenæ filio initium habuit: ſub alio Conſtantino, etiam Helenæ, ſed non Sanctæ, filio finem ſortitum eſt.

Faxit Deus Omnipotens, ut etiam aliquando in Mahumethe & ſectam & tyrannidem Turcicam finiri videamus, quemadmodum & in Mahumethe cœperunt, & multis indiciis in occaſum vergere videntur. Et hæc quoad Tauricam Cherſoneſum ſufficiant.

Operæ pretium nunc erit ut de Boſphoro (ſeu Boſporo potius) aliquid dicamus. Non autem hoc Provinciæ nomen eſt, niſi valde improprie ſumatur, ſed anguſtiam ſignificat, per quam mare

men incommode hoc inſeretur loco: nimirum primum qui Boſpori hujus ſuſcepit dominium, Pariſadem fuiſſe nominatum, cujus poſteri multis poſtea ſeculis in eo regnarunt, donec tandem ſub ejuſdem nominis poſtremo in Mithridatis poteſtatem devenit. Quod & in aliis regnis obſervatum eſt, quæ in eodem quo cœperunt nomine tandem deſierunt. Imperium Romanum in Auguſto cœpit: in Auguſto aut Auguſtulo deſiit. Gothorum in Italia Regnum ab Alarico fundatum, in alio Alarico extinctum eſt atque deletum. Conſtantinopolitanum Chriſtianorum Imperium in Conſtantino S. Helenæ filio initium habuit: ſub alio Conſtantino, etiam Helenæ, ſed non Sanctæ, filio finem ſortitum eſt.

Faxit Deus Omnipotens, ut etiam aliquando in Mahumethe & ſectam & tyrannidem Turcicam finiri videamus, quemadmodum & in Mahumethe cœperunt, & multis indiciis in occaſum vergere videntur. Et hæc quoad Tauricam Cherſoneſum ſufficiant.

Operæ pretium nunc erit ut de Boſphoro (ſeu Boſporo potius) aliquid dicamus. Non autem hoc Provinciæ nomen eſt, niſi valde improprie ſumatur, ſed anguſtiam ſignificat, per quam mare

ex uno in alterum perfluit ſinum: neque hoc nomine plures quam hæ duæ, Thracia nimirum & Cimmeria, appellatæ ſunt: ut altera Boſporus Thracius, altera Cimmerius dicatur. Imo nomen hoc ab una ad aliam tranſlatum aut derivatum eſt. Fabuloſus enim ille Io virginis in vaccam mutatæ è Thracia in oppoſita Aſiæ littora tranſitus, nomen huic anguſtiæ dedit, ut Boſporus diceretur, tanquam *Bovis tranſitus.* atque hinc illud nomen alteri quoque anguſtiæ propter ſimilitudinem inditum eſt, ut Boſporus Cimmerius diceretur, per quam palus Mæotis in Mare majus ſe exonerat, quemadmodum & per Thracium Boſporũ Mare maius in (Ægæum) & inde in Mediterraneum illabitur. Ambobus hiſce Boſporis Europa ab Aſia ſeparatur: atque hi & Tanais, *Don* nunc dictus, veri ejus ſunt termini. Diſtant autem quingentis inter ſe milliaribus. Thracius, ubi anguſtiſſimus eſt, eam habet latitudinem, ut canum latratus, & gallorum cantus ab una in altera audiantur ripa, imo & diſtinctæ hominum voces, cum venti quieſcunt. Hic Thracius, ille Cimmerius à proximis vocatur provinciis. Thracius ab uno latere habet Conſtantinopolim, ab altero vero Chalcedoniam, hodie Scutarin dictam. Bithy-

Bithyniæ hæc civitas eſt, à Megarenſibus olim ædificata, unde ab oraculo tanquam cæci deriſi ſunt, quod tam felicem Conſtantinopoleos ſitum nec elegerint nec viderint: ubi hic omnibus carebat commoditatibus, propter rationes quas recitat Polybius, quæ hic & nimis longæ relatu, nec ita faciles intellectu ſunt.

Hunc Boſporum audio ab iis qui viderunt, à Propontide uſque ad Mare majus, ad viginti extendi milliaria: ac nunc ab utraque ripa ſumptuoſis palatiis & hortis amœniſſimis eſſe ornatum, quamvis ſolum ſua natura ſterile ac arenoſum ſit: unde magna hic opus erat induſtria. Sed Imperii Ottomannici magnitudo, atque ejus aulæ divitiæ naturam ſuperarunt: quamvis maxima tantarum fabricarum cauſa, & frequentium illarum habitationum, gubernationis iniquitati attribui poſſit. Nam qui ibi vel minimum poſſidere putatur, continuis miniſtrorum (ſeu aulicorum Turcicorum) extorſionibus expoſitus eſt: unde etiam qui aliquid habent, quantum poſſunt, procurant ut portæ aut aulæ vicini habitent, ubi aliquanto meliore vivitur & proceditur juſtitia, aut ſaltem aliquo ejus meliore reſpectu. Unde & illi qui ex hac Conſtantinopo-

P 5 lios

Bithyniæ hæc civitas eſt, à Megarenſibus olim ædificata, unde ab oraculo tanquam cæci deriſi ſunt, quod tam felicem Conſtantinopoleos ſitum nec elegerint nec viderint: ubi hic omnibus carebat commoditatibus, propter rationes quas recitat Polybius, quæ hic & nimis longæ relatu, nec ita faciles intellectu ſunt.

Hunc Boſporum audio ab iis qui viderunt, à Propontide uſque ad Mare majus, ad viginti extendi milliaria: ac nunc ab utraque ripa ſumptuoſis palatiis & hortis amœniſſimis eſſe ornatum, quamvis ſolum ſua natura ſterile ac arenoſum ſit: unde magna hic opus erat induſtria. Sed Imperii Ottomannici magnitudo, atque ejus aulæ divitiæ naturam ſuperarunt: quamvis maxima tantarum fabricarum cauſa, & frequentium illarum habitationum, gubernationis iniquitati attribui poſſit. Nam qui ibi vel minimum poſſidere putatur, continuis miniſtrorum (ſeu aulicorum Turcicorum) extorſionibus expoſitus eſt: unde etiam qui aliquid habent, quantum poſſunt, procurant ut portæ aut aulæ vicini habitent, ubi aliquanto meliore vivitur & proceditur juſtitia, aut ſaltem aliquo ejus meliore reſpectu. Vnde & illi qui ex hac Conſtantinopo-

lios ejuſque pomœriorum dilatatione & augmento, quo totam potius provinciam habitatam quam civitatem refert, potentiæ ac magnitudinis Imperii argumenta deducunt, falli poſſunt. Quinimo timoris potius & debilitatis hoc certiſſimum eſt ſignum. Eſt enim tanquam concurſus aliquis ſanguinis ex membris remotioribus ad cor, quo vel ipſum aliquando ſuffocatur: aut tanquam lien, quod quanto magis in corpore humano creſcit, tanto reliqua decreſcunt membra. Et huic ſolebat Conſtantinus Imperator fiſcum comparare Principum.

Boſporum hunc Darius Xerxis pater, contra Græcos exercitum movens, inſtravit. Xerxes autem Helleſpontum, qui hodie Fretum Galipoliòs vocatur, ubi *Dardanelle* Italis dictæ (aut *Dardanelli*) nunc ſunt, ponte junxit. Hic autem non vocatur Boſporus: quamvis inter ipſas Dardanellas, caſtra in utraque ripa poſita, quæ veteres Seſtum & Abydum dixerunt, non habeat majorem quam unius milliaris latitudiné, paulatim tamen poſtea in amplius diſtenditur ſpatium.

Boſporus Cimmerius, qui ab Italis vulgo *Voſpero*, aut *Bocca di S. Giovanni* dicitur, ut Strabo putat, nomen hoc à Cim-

Cimbris ſortitus eſt. Sed ego falli eum arbitror: Cimmeriæ enim nomen multo antiquius & ab Homeri temporibus cognitum fuit. Thracio hic latior eſt: in aliquibus enim locis ripæ latius quam milliari inter ſe diſtant; in aliquibus etiam uſque ad duo, & ulterius. In longitudine autem, qua (ut dixi) Europam ab Aſia ſeparat, ad ſeptuaginta ſe extendit milliaria. In qua menſura (ſi non hallucinantur illi qui vidiſſe ſe profitentur) Polybium & qui eum ſequuntur neceſſario inſigniter erraſſe credendum eſt. Spectaculum autem præbet amœniſſimum, multis in utraq; ripa ornatus civitatibus, quæ celebres apud veteres fuerunt, & præcipue illa, quam Panticapean aut Boſporum in ſpecie nominarunt, in qua frequens erat mercatus. Itali hodie Voſperum, incolæ autem Cherz eam vocant. In Europæ latere ſita eſt, nimirum in Taurica, in ipſo canalis medio, à quo civitati nomen inditum eſt: quamvis veri Boſporani dicebantur olim illi qui ab altera canalis parte habitabant: qui etiam Imperio ſuo uſque in Tauricam prolato, nomen etiam ſuæ eo intulerunt nationis. Sed ego credo olim Boſporanos dictos, quos nunc Circaſſos, aut Zicchos vocamus, homines à Tar-

tari-

Cimbris ſortitus eſt. Sed ego falli eum arbitror: Cimmeriæ enim nomen multo antiquius & ab Homeri temporibus cognitum fuit. Thracio hic latior eſt: in aliquibus enim locis ripæ latius quam milliari inter ſe diſtant ; in aliquibus etiam uſque ad duo , & ulterius. In longitudine autem , qua (ut dixi) Europam ab Aſia ſeparat, ad ſeptuaginta ſe extendit milliaria. In qua menſura (ſi non hallucinantur illi qui vidiſſe ſe profitentur) Polybium & qui eum ſequuntur neceſſario inſigniter erraſſe credendum eſt. Spectaculum autem præbet amœniſſimum, multis in utraq; ripa ornatus civitatibus , quæ celebres apud veteres fuerunt , & præcipue illa, quam Panticapean aut Boſporum in ſpecie nominarunt , in qua frequens erat mercatus. Itali hodie Voſperum, incolæ autem Cherz eam vocant. In Europæ latere ſita eſt,nimirum in Taurica , in ipſo canalis medio , à quo civitati nomen inditum eſt: quamvis veri Boſporani dicebantur olim illi qui ab altera canalis parte habitabant : qui etiam Imperio ſuo uſque in Tauricam prolato , nomen etiam ſuæ eo intulerunt nationis. Sed ego credo olim Boſporanos dictos, quos nunc Circaſſos, aut Zicchos vocamus , homines à Tar-

tarie

taris ducentes originem, ſed profeſſione Chriſtianos, ritu autem Græco; de cætero autem nulli rei niſi furtis & latrociniis intentos.

Boſporus hic Cimmerius, quemadmodum & vicinæ paludis Mæotidis partes, hyberno tempore ita congelantur ac indureſcunt frigore, ut non ſolum equos & carros onuſtos, ſed etiam integros ferant exercitus. Imo de Mithridate tradunt hiſtoriæ, quod Boſphoranos eodem in loco æſtate prælio navali vicerit, quo hyeme eos equeſtri ſuperaverat. Vnde etiam apud Romanos in proverbium ceſſit, Frigus Cimmerium; ut omnes regiones frigidiores Cimmerias vocarent. Nondum enim magis verſus ſeptentrionem jacentes regiones, neque Norvegiam, minus etiam Schricfinniam, aut Finmarchiam, aut Gronlandiam, aut novam Zemblam cognoverant. Quamvis credibile ſit ipſos Iſlandiam inſulam vidiſſe, quæ circiter viginti gradibus Cimmeria ſeptentrionalior eſt, ac eam Thylen dixiſſe. Sed illi qui aliquanto melius in hiſtoriarum lectione ſunt verſati, hanc facile rejicient opinionem, quamvis communem. Non enim Iſlandiam, ſed Scandiam hoc nominarunt modo, quam in expeditionibus Anglicanis detexerunt; neque

neque unquam ad Iſlandiam, vel ad mille uſque milliaria acceſſerunt. Atque hæc ſunt quæ de Boſporo Thracio & Cimmerio dicenda occurrebant.

Sunt quidem in diverſis mundi partibus & aliæ ejuſmodi anguſtiæ, ſed neque hoc notatæ nomine, neque tam celebres, excepto freto Magellanico, admirabili naturæ opere, de quo forte aliqua dicenda erunt, cum de Peruviana peninſula tractabimus. Superius quoque Helleſponti feci mentionem, qui etiam fretum Galipolitanum dicitur, ubi duo ſunt caſtella, quæ Dardanella vocantur. Alia quoque eſt ejuſmodi anguſtia, in ſinus Lepanthi ingreſſu, ubi etiam duo ſunt eodem nomine caſtella. In ipſa quoque Taurica, de qua ſuperius egimus: fretum etiam tale eſt in Iſthmo, quod è palude Mæotide in alium lacum extenditur, quam Buges fluvius, è montibus Riphæis deſcendens, efficit. Hujus autem nulla eſt apud hiſtoricos mentio. Stagni quidem meminerunt aliqui, & Strabo lacum Putrem, aut Sapram, (quod idem eſt) nominat, ab effectu ſcilicet, & ob putredinem aquæ. Alii Bricen vocant. Et videtur innuere ibidem Strabo, quod lacu illo Putri non numerato, Iſthmus non amplius quam quinque milliaria in latitudine habeat.

Neque

neque unquam ad Iſlandiam, vel ad mille uſque milliaria acceſſerunt. Atque hæc ſunt quæ de Boſporo Thracio & Cimmerio dicenda occurrebant.

Sunt quidem in diverſis mundi partibus & aliæ ejuſmodi anguſtiæ, ſed neque hoc notatæ nomine, neque tam celebres, excepto freto Magellanico, admirabili naturæ opere, de quo forte aliqua dicenda erunt, cum de Peruviana peninſula tractabimus. Superius quoque Helleſponti feci mentionem, qui etiam fretum Galipolitanum dicitur, ubi duo ſunt caſtella, quæ Dardanella vocantur. Alia quoque eſt ejuſmodi anguſtia, in ſinus Lepanthi ingreſſu, ubi etiam duo ſunt eodem nomine caſtella. In ipſa quoque Taurica, de qua ſuperius egimus: fretum etiam tale eſt in Iſthmo, quod è palude Mæotide in alium lacum extenditur, quam Buges fluvius, è montibus Riphæis deſcendens, efficit. Hujus autem nulla eſt apud hiſtoricos mentio. Stagni quidem meminerunt aliqui, & Strabo lacum Putrem, aut Sapram, (quod idem eſt) nominat, ab effectu ſcilicet, & ob putredinem aquæ. Alii Bricen vocant. Et videtur innuere ibidem Strabo, quod lacu illo Putri non numerato, Iſthmus non amplius quam quinque milliaria in latitudine habeat.

Neque

Neque dubito quin in tam immenſis terræ mariſque ſpaciis, plures, ut dixi, aliæ ejuſmodi anguſtiæ inveniantur, ſed his neque ſimiles, neque tam celebres, neque etiam hoc notatas nomine, cum, quo Græci non pervenerunt, neq; etiam nomen tale pervenire potuerit. Græcum enim nomen Boſporus eſt, & voce & hiſtoria, ſive fabula, quod ipſi nulli alii anguſtiæ aut freto indiderunt quam hiſce duobus, Cimmerio videlicet & Thracio: atque illi propter eam quam cum hoc habet ſimilitudinem. Et ſciendum, Græcos & in Taurica, & in Cimmeria ac Boſpero habitaſſe: ac omnes fere civitates ab ipſis & eorum coloniis ædificatas eſſe, vel ex nominibus (quanquam ad Barbariſmum inflexis) certum eſt.

An autem ab initio ab univerſæ hujus fabricæ autore & creatore Deo ita factę ac ordinatæ; an vero poſt aliquem annorum decurſum natura vi ſibi viam faciens eas aperuerit, ut nimio ſe exoneraret pondere, neque ego dicere poſſum, neque quemquam pro certo affirmaturum puto: ſed conjecturis hic agendum eſt.

Et revera qui mundi poſitionem conſiderat, ac Scythiæ altitudinem perpendit, à qua tot in paludem Mæotidem deſcen-

deſcendunt *fluvii*, facile is credet, quod cum ea tantam aquarum copiam ac colluviem retinere non poſſit, ideo præcipue quod & ipſa paulo ſit altior, neque adeo profunda ſit, naturali ponderis ſui violentia viam ſibi per eas partes, in quibus minus vel à montibus, vel à ſaxis, vel ab aliqua altitudine inſuperabili, impedimenti fuit, inundationibus per loca ſubjecta decurrens aperuerit: *impetum* etiam augente aliorum fluminum, quæ è diverſis regionibus & locis in eam illabuntur, decurſu, ac in iiſdem partibus concurſu. Ita etiam, quod Boryſthene, Tiro, Danubio, qui à partibus Occidentalibus præcipuus eſt, ac aliis fere infinitis, à circumjacentibus Aſiæ regionibus in mare majus, aut Mare nigrum, ut nunc vocant, (Veteres Pontum Euxinum, aut Axenum, id eſt, inhoſpitalem aut innavigabilem, dixerunt) irruentibus, hoc nimio pondere gravatum, ac toto ejus impleto ſpacio, exitum ſibi per Boſporum Thracium fecerit: ac poſtea rurſus Propontide, quam *Mar da marmora* hodie vocant, impleta, per Helleſpontum aut fretum Gallipoleos, in loca ſe inferiora effuderit: ubi novis rurſus reſtagnantibus aquis, novum mare effecerit quod Adriaticum aut mediterraneum vocant. Quo etiam reple-

deſcendunt fluvii, facile is credet, quod cum ea tantam aquarum copiam ac colluviem retinere non poſſit, ideo præcipue quod & ipſa paulo ſit altior, neque adeo profunda ſit, naturali ponderis ſui violentia viam ſibi per eas partes, in quibus minus vel à montibus, vel à ſaxis, vel ab aliqua altitudine inſuperabili, impedimenti fuit, inundationibus per loca ſubjecta decurrens aperuerit: impetum etiam augente aliorum fluminum, quæ è diverſis regionibus & locis in eam illabuntur, decurſu, ac in iiſdem partibus concurſu. Ita etiam, quod Boryſthene, Tiro, Danubio, qui à partibus Occidentalibus præcipuus eſt, ac aliis fere infinitis, à circumjacentibus Aſiæ regionibus in mare majus, aut Mare nigrum, ut nunc vocant, (Veteres Pontum Euxinum, aut Axenum, id eſt, inhoſpitalem aut innavigabilem, dixerunt) irruentibus, hoc nimio pondere gravatum, ac toto ejus impleto ſpacio, exitum ſibi per Boſporum Thracium fecerit; ac poſtea rurſus Propontide, quam *Mar de marmora* hodie vocant, impleta, per Helleſpontum aut fretum Gallipoleos, in loca ſe inferiora effuderit: ubi novis rurſus reſtagnantibus aquis, novum mare effecerit quod Adriaticum aut mediterraneum vocant. Quo etiam reple-

repleto ac multis maximis aucto fluviis, ne littora ſibi oppoſita inundaret, viam ſibi vi ac celeri decurſu in Siciliam & Africam aperuit: quæ cum ſatis ampla non eſſet, perrupto etiam eo impedimento, Siciliam etiam ab Italia ſeparaverit, ut per duo illa oſtia liberius in oceanum procurrere, eique ſe jungere poſſet. Hac tali quali facta conjectura, veniamus etiam ad Columnas Herculis, aut Fretum Herculeum, quod hodie *Stretto di Gibraltar* vocant. De quo aliqui pro certo affirmant, quod ex aquæ impetu quæ viam vi ſibi fecerit, provenerit. Id ſi verum eſſet (quod equidem affirmare non auſim, ſed probabilibus tantum innixus rationibus) dicerem, quod quemadmodum palus Mæotis veteribus Majoris appellabatur mater, ita & Mediterranei maris pater dici poſſit. Atque hæc mea opinio eo fit veriſimilior, quod experientia doceat, tam paludem Mæotidem per Boſporum Cimmerium, quam Mare majus per Thracium ſemper abſque intermiſſione fluere, ac immenſam aquarum copiam provolvere, quæ nullo eo refluxu redeunt.

Dicamus etiam aliquid de palude Mæotide. Vocatur illa à recentioribus mare Tanæ, aut mare Zabacharum, aut

mare

mare Ciabaci. de cujus nominis etymo aut origine nihil habeo quod dicam. De primo autem dicunt, deductum illud eſſe ab ejus regionis populis qui Mæotes olim dicebantur. Secundum à Tanai fluvio habet, ita magnis duobus oſtiis in paludem effunditur, ita ut ab eo ſolo ea fieri putetur. Palus quidem dicitur, quaſi ſtagnans aliquis eſſet lacus & limo oppletus: ſed revera mare potius eſt, quod mille in circuitu habet milliaria, quamvis Iornandus Gottus centum & quadraginta ſaltem (qui proculdubio manifeſtus eſt error) ei tribuat. Multas habet in circuitu civitates populoſas. Romani nullam ejus habuerunt notitiam, niſi poſt Mithridatica bella. Tota plerunque hyeme congelatur, ea ſaltem excepta parte quam Tanais ſuo impetu movet ne concreſcat, quemadmodum & ipſe ſolus ex omnibus ejus regionis fluminibus, per ſuam rapiditatem, frigore non conſtringitur. Cauſa autem quod palus dicitur, eſt quia adeo eſt humilis, ut non niſi ſcaphis & minoribus navigiis navigari poſſit; neque enim tempore Polybii, ut ipſe ſcribit, in maxima altitudine ultra quinque cubitos habebat. Iornandus autem octo eum in aliquibus locis habere dicit. Et judicat Poly-

Q bius

mare Ciabaci. de cujus nominis etymo aut origine nihil habeo quod dicam. De primo autem dicunt, deductum illud eſſe ab ejus regionis populis qui Mæotes olim dicebantur. Secundum à Tanai fluvio habet, ita magnis duobus oſtiis in paludem effunditur, ita ut ab eo ſolo ea fieri putetur. Palus quidem dicitur, quaſi ſtagnans aliquis eſſet lacus & limo oppletus: ſed revera mare potius eſt, quod mille in circuitu habet milliaria, quamvis Iornandus Gottus centum & quadraginta ſaltem (qui proculdubio manifeſtus eſt error) ei tribuat. Multas habet in circuitu civitates populoſas. Romani nullam ejus habuerunt notitiam, niſi poſt Mithridatica bella. Tota plerunque hyeme congelatur, ea ſaltem excepta parte quam Tanais ſuo impetu movet ne concreſcat, quemadmodum & ipſe ſolus ex omnibus ejus regionis fluminibus, propter ſuam rapiditatem, frigore non conſtringitur. Cauſa autem quod palus dicitur, eſt quia adeo eſt humilis, ut non niſi ſcaphis & minoribus navigiis navigari poſſit; neque enim tempore Polybii, ut ipſe ſcribit, in maxima altitudine ultra quinque cubitos habebat. Iornandus autem octo eum in aliquibus locis habere dicit. Et judicat Poly-

bius temporis progreſſu minorem eam futuram, propter magnam arenarum copiam, quam Tanais ac alii fluvii in eam decurſu ſuo provolvunt. Idem quoque de Mari majore judicat. Sed neque in hoc neque in illa evidens aliqua apparet mutatio; quamvis Mæotis in hodiernum uſque diem nulla majora admittat navigia; neque ante Mithridatem, neque etiam poſtea ſcitur ulla eam bellica navigia ingreſſa eſſe. Verum non tantum palus Mæotis, ſed etiam ipſum mare Nigrum tam difficilis ac periculoſæ putabatur navigationis, ut præter titulum quo Euxinus aut Axenus, hoc eſt, Inhoſpitalis dicebatur pontus & innavigabilis, veteres etiam pro miraculo habuerint Iaſonis in Colchidem, qua tam breve confecit iter, è Peloponneſo videlicet uſque ad Phaſin navigationem, quæ cum noſtri temporis audacibus navigationibus collata, ludus aut fabula videbitur. Et ſi Argon navem in cœlum tranſtulerunt veteres, quid Victoriæ navi facient, quæ totam mundi circuivit machinam; & illis quibus Draco Anglus itidem totum in circuitu mundum perluſtravit?

IV. MAR-

IV.

MARTINI BRONIOVII de Biezdzfedea, ad Tartarum Legati, Tartaria.

Campi Sauramenſes & Oczacovienſes, qui inter Bogum & Neuſtrum fluvios ſiti ſunt.

BRatiſlavia ſeu Braſlavia oppidum in extremitate Podoliæ, quod etiamſi cum arce ſatis obſcurum & humile ſit, verum incolas quingentos, & amplius ſclopetarios optimos, ac cum Scythis crebris levioribusque præliis bene verſatos ac exercitatos, præſidii quaſi loco perpetuo habet. Illi in campis ductores viarum peritiſſimi ſunt, à Tartaris ac Kozacis, qui in campis perpetuo vagantur, prælia & pericula, ſi eis comitatu impares ſunt, evitare probe norunt. Ex Bratiſlavia non admodum denſis ſylvis, milliaribus aliquot ad Silnicam rivulũ, in quo loco Bratiſlavienſes propter Perecopienſium, Oczacovienſium & Bialogrodenſium Tartarorũ incurſus, Valachorumq;, perpetuas agunt excubias. Bogo vel Hipani fluvio, penes Oczacoviam uſque itur: proinde ad Treſtenecium, Berſadum, Olſancam, Sauranam, (unde campi Sauranenſes dicuntur,) rivulos, Oniſſionis cujuſdam ignobilis

 Ruſſi

IV.

MARTINI BRONIOVII de Biezdzſedea, ad Tartarum Legati, Tartaria.

Campi Sauramenſes & Oczacovienſes, qui inter Bogum & Neuſtrum fluvios ſiti ſunt.

BRatiſlavia ſeu Braſlavia oppidum in extremitate Podoliæ, quod etiamſi cum arce ſatis obſcurum & humile ſit, verum incolas quingentos, & amplius ſclopetarios optimos, ac cum Scythis crebris levioribusque præliis bene verſatos ac exercitatos, præſidii quaſi loco perpetuo habet. Illi in campis ductores viarum peritiſſimi ſunt, à Tartaris ac Kozacis, qui in campis perpetuo vagantur, prælia & pericula, ſi eis comitatu impares ſunt, evitare probe norunt. Ex Bratiſlavia non admodum denſis ſylvis, milliaribus aliquot ad Silnicam rivulũ, in quo loco Bratiſlavienſes propter Pecopienſium, Oczacovienſium & Bialogrodenſium Tartarorũ incurſus, Valachorumq;, perpetuas agunt excubias. Bogo vel Hipani fluvio, penes Oczacoviam uſque itur: proinde ad Treſtenetium, Berſadum, Olſancam, Sauranam, (unde campi Sauranenſes dicuntur,) rivulos, Oniſſionis cujuſdam ignobilis

Ruſci alvearium, in quo altiſſimæ quercinæ arbores apparent. Demum in Bogo pons lapideus & balneum, quod Vitoldi magni ducis celeberrimi ac bellicoſiſſimi Principis Lituaniæ quondam fuiſſe perhibetur, ruinæ lapideæ, teſtudines & ſepulchra, quæ Turcica vel Tartarica fuiſſe dicuntur, ac vulgo Ceſſennia, quaſi monumenta appellantur, viſuntur. Codeman Romani cujuſpiam Ruſci idiomate Dolniam Horoſoſſam Horodiſſe vel territorium ruinoſum lapideum, quod illi Pritolce ſeu propugnaculum nominant, ac ibi Sinavvoda, quaſi cæruleus rivulus, vulgo ita dictus, Bogum influit. Probite vel porta potius inacceſſibilis, natura loci ita facta inſula ſaxoſa in Bogo, à ripa utraque montoſa, quam fluvius undique circumluit, eaque ſatis ampla locique natura munitiſſima eſt, quæ noſtris hominibus à Tartaris & Valachis receptui tutiſſima eſt, hominesq; plurimos illa capit. Præſertim vero Bratiſlavienſibus annis ſingulis in ea menſibus aliquot piſcantibus præſidii quaſi loco eſt, ac in ea ducenti vel paulo minoris comitatus ſclopetarii in Aprili & Majo ac Iunio menſibus, in aliisque in Bogo inſulis, quibus ille plurimũ abundat, multi admodum ſemper reperiuntur. Cermencucum, lapideam ruinam

ad

ad Bogum ſitam; Certelnam minorem, amnem luciorum, (nam luciorum ferax eſt) appellant Pieſcanibrod, ſeu Arenoſum vadum, quem cum in confines Podoliæ veniunt Tartari tranſeunt. In Bogo fluvio apparet Cerciceſſeniam Turcæ; Getriceſſenia vulgo dicitur: illa cujuſdam Tartari vel Turcæ locupletioris mercatoris ſepultura fuiſſe perhibetur; ac ex lapide cæſo & polito, ac ſumptuoſo opere in Mahometicum cultum facta erectaque, nunc etiam à viatoribus conſpicitur. Certelnam majorem, rivum Capcacleium ad arcem collapſam ſeu ruinoſam. Ac ibi Capcacleius fluvius Bogum influit, plurimosque lacus habet: Hancrocricum, ſeu, ut Tartari, Chamrivum eum vocant; nam locus ille ſaxoſus eſt, & rivis limpidiſſimis abundat: Berezaniam lacum cannoſum, qui ex adverſo Oczacoviæ, mari Euxino vel Pontico & Boryſtenis ſeu Nepri fluvii in mare ſeſe eo exonerantis meatibus proximus eſt, & alluitur. Ille campus quinquaginta vel amplius milliaribus bene emenſis, ſex vel ſeptem dierum vel diætarum, ut illi computant, expedito viatori iter acceleranti Bratiſlavia Oczacoviam uſque conſtat. Feras, biſontes, alces, equos, cervos, arietes, qui unicum tantum cornu habent, capros, apros,

urſo-

ad Bogum ſitam; Certelnam minorem, amnem luciorum,(nam luciorum ferax eſt) appellant Pieſcanibrod, ſeu Arenoſum vadum, quem cum in confines Podoliæ veniunt Tartari tranſeunt. In Bogo fluvio apparet Cerciceſſeniam Turcæ; Getriceſſenia vulgo dicitur: illa cujuſdam Tartari vel Turcæ locupletioris mercatoris ſepultura fuiſſe perhibetur; ac ex lapide cæſo & polito, ac ſumptuoſo opere in Mahometicum cultum facta erectaque, nunc etiam à viatoribus conſpicitur. Certelnam majorem, rivum Capcacleium ad arcem collapſam ſeu ruinoſam. Ac ibi Capcacleius fluvius Bogum influit, plurimosque lacus habet: Hancrocricum, ſeu, ut Tartari, Chamrivum eum vocant; nam locus ille ſaxoſus eſt, & rivis limpidiſſimis abundat: Berezaniam lacum cannoſum, qui ex adverſo Oczacoviæ, mari Euxino vel Pontico & Boryſtenis ſeu Nepri fluvii in mare ſeſe eo exonerantis meatibus proximus eſt, & alluitur. Ille campus quinquaginta vel amplius milliaribus bene emenſis, ſex vel ſeptem dierum vel diætarum, ut illi computant, expedito viatori iter acceleranti Bratiſlavia Oczacoviam uſque conſtat. Feras, biſontes, alces, equos, cervos, arietes, qui unicum tantum cornu habent, capros, apros,

urſos campeſtres habet: Etſi à decennio, vel paulo amplius, hiemis aſperitate, niviumq; magnitudine, fame ac ſiti plurimæ admodum enecatæ fuiſſe dicuntur, earumq; in campis ingẽtes oſſium acervi reperiuntur. Tum etiam ovium, boum ac equorum Turcicorum, & Tartarorũ greges innumerabiles, qui ibi perpetuo paſcebantur per Ruſciæ, Volſiniæ, Kioviæ, Podoliæ & Moldaviæ finitima, eoſq; prorſus licentioſos homines, nõ ita pridem penitus deleti ſunt. Cozles ſeu tumuli, vulgo Mogilii dicti, altiſſimi, maximi & frequentiſſimi, maximorum ac cruentiſſimorum, ut plurimi aſſerunt, ac veriſimile rationiq; conſonum videtur, quondam bellorum certiſſima ſigna, ſeu illuſtrium virorum ſepulturæ, conſpiciuntur. Ille campus ſolo fertiliſſimus eſt; plurima loca ad colendum inhabitandumq; commoda, aptiſſima, amœniſſimaq; habet: gramina & herbas natura & amœnitate loci odoriferas, præſentiſſimasque ad paſcendos infinitos jumentorum vel animalium greges profert. Ad confluentem Bogi plurimis in locis montuoſus, quoad vero ex parte ſylveſtris. verum in patenti ad Neſtrum vel Tyrã fluvium, Moldaviæ Vionium, planiſſimus omninoque campeſtris eſt, majorique ex parte lignis caret.

Mol-

Moldaviæ ſeu Valachiæ inferioris pars, quæ olim Beſſarabia dicta fuit.

Ex confinibus autem Podoliæ, Moldaviæ, ſeu Valachiæ vicinis, Camenetiam, Chotimum, Sorocham, vel Olchioniam, verſus Palatini Moldaviæ oppida & arces ad Neſtrum ſitas pervenitur. Proinde Pruto ſive Hieraſo Moldaviæ fluvio trajecto Stepanovetiam, vel Iaſſi primarium Valachiæ oppidum, vel rectius ad Prutum Techniam oppidum, & arcem Turcicam, non ita pridem ad Confluentem Neſtri munitam, ac ibi Techinienſes vel Moldavici in Neſtro trajectus aliquot recta in campos repeniuntur. Vetinens vero per lacum Vidovo ſeu Obidovo ducitur, quem quidam ab Ovidio nuncupatum fabuloſe fortaſſis autumant, qui latiſſimus eſt, & in Pontum Euxinum in eo loco exoneratur, eumque ex adverſo Bialogrodi. A veteribus Moncaſtrum ea arx & civitas dicebatur. quæ non ita pridem à multis annis Valachorum ſeu Moldavorum Regulis à Turcis erepta & poſſeſſa eſt. Tyras influit. In ipſo Tyræ ſeu Neſtri oſtio turris lapidea exiſtit, quam Neoptolemi & vicum Hermonactis, ac in utraque Tyrę ripam civitates duas conditas, Niconiam in dextra, à læva vero Ophiuſam, nominatas eſſe ex Aſtrabone

liquet.

Moldaviæ ſeu Valachiæ inferioris pars, quæ olim Beſſarabia dicta fuit.

EX confinibus autem Podoliæ, Moldaviæ, ſeu Valachiæ vicinis, Cameneciam, Chotimum, Sorocham, vel Olchioniam, verſus Palatini Moldaviæ oppida & arces ad Neſtrum ſitas pervenitur. Proinde Pruto ſive Hieraſo Moldaviæ fluvio trajecto Stepanovetiam, vel Iaſſi primarium Valachiæ oppidum, vel rectius ad Prutum Techniam oppidum, & arcem Turcicam, non ita pridem ad Confluentem Neſtri munitam, ac ibi Techinienſes vel Moldavici in Neſtro trajectus aliquot recta in campos reperiüntur. Vetinens vero per lacum Vidovo ſeu Obidovo ducitur, quem quidam ab Ovidio nuncupatum fabuloſe fortaſſis autumant, qui latiſſimus eſt, & in Pontum Euxinum in eo loco exoneratur, eumque ex adverſo Bialogrodi. A veteribus Moncaſtrum ea arx & civitas dicebatur. quæ non ita pridem à multis annis Valachorum ſeu Moldavorum Regulis à Turcis erepta & poſſeſſà eſt. Tyras influit. In ipſo Tyræ ſeu Neſtri oſtio turris lapidea exiſtit, quam Neoptolemi & vicum Hermonactis, ac in utraque Tyrę ripam civitates duas conditas, Niconiam in dextra, à læva vero Ophiuſam, nominatas eſſe ex Aſtrabone

 liquet.

liquet. Ex adverſo itaque Majaci trajectus ille Bialogrodo navibus in campum Bialogrodenſem, & Oczacovienſem ſuperatur. Militem quendam Majacum ibi fuiſſe fabulantur; ac in eo loco Neſtro trajecto in ripa lapidei parietes ruinoſi, & quaſi quædam ruinæ apparent; eam ruinam Turrim Neoptolemi fuiſſe Strabo refert.

Campi Bialogrodenſes & Oczacovienſes. Qui inter Tyram & Boryſthenem fluvios, ac ad mare Euxinum ſunt.

DEmum vero Beribonium Turcæ, alias Licaſtemum Çolum lupinum appellant. locus ille foſſas altiſſimas & ampliſſimas mari vicinas, lacus & rivos amœniſſimos habet. Cacibiei Horodiſæ, quaſi territorium collapſum, quem lacus ampliſſimus ad Confluentem Neſtri mari vicinus alluit, ac ibi portus non ignobilis quondam ſecundo Neſtro extitiſſe memoratur. Adzigoli ille locus tres foſſas celebres, lacus amaros & ſalſos quam plurimos mari proximos habet, ibique magna vis Kozakorum perpetuo confluit, mutuisque bellis & cædibus frequentiſſimis concidunt. Idcirco ille locus viatoribus adeo terrori eſt, ut in eo non ſolum per noctem quieſcere, verum ne pabulari quidem ſatis ſecure ha-

beant. Nam non raro accidere ſolet, ut quod ſi non Koſacones ipſi, cadavera tamen hominum ibi ſæpe reperiantur. Domnina Dolnia ſeu foſſa, quæ maxima & ampliſſima lacubus & rivulis limpidiſſimis frequens eſt, Berezani lacu anguſtiſſimo, verum profundiſſimo, ac ibi in ſinum Carcinitum & mare Ponticum ſeſe exonerantis trajectu ſuperato, Oczacoviam pervenitur. Berezaniam lacum, & Carcinitum ſinum, Tamiraci & Carpanei ſinum ſeu lacum fortaſſe nuncupatum eſſe Straboni placet. Ab oſtio Tyræ fluminis inſulam Leucam intra pelagus eductam intervallo quingentorum ſtadiorum diſtare, ac Achilli ſacram nuncupatam eſſe Strabo aſſerit, quæ in eo Berezani lacus trajectu optime à viatoribus conſpicitur. Boryſthenem fluvium ad ſtadia ſexaginta inde diſtare, & amnem Hypanim ſeu Bogum ei vicinum eſſe, ac inde oſtium Boryſthenis inſulam quandam exiſtere, in qua portus quondam fuit, idem Strabo memorat.

Oczacovia arx & oppidum.

OCzacovia, quæ Oibia, Olbis & Beriſthenes Olbiopolis, quaſi beata civitas, à Ptolemæo & Plinio dicitur, ad Boryſthenem Carcinitum fluvium ſeu ſinum ſita eſt, ac in eum ſinum mari

habeant. Nam non raro accidere ſolet, ut quod ſi non Koſacones ipſi, cadavera tamen hominum ibi ſæpe reperiantur. Domnina Dolnia ſeu foſſa, quæ maxima & ampliſſima lacubus & rivulis limpidiſſimis frequens eſt, Berezani lacu anguſtiſſimo, verum profundiſſimo, ac ibi in ſinum Carcinitum & mare Ponticum ſeſe exonerantis trajectu ſuperato, Oczacoviam pervenitur. Berezaniam lacum, & Carcinitum ſinum, Tamiraci & Carpanei ſinum ſeu lacum fortaſſe nuncupatum eſſe Straboni placet. Ab oſtio Tyræ fluminis inſulam Leucam intra pelagus eductam intervallo quingentorum ſtadiorum diſtare, ac Achilli ſacram nuncupatam eſſe Strabo aſſerit, quæ in eo Berezani lacus trajectu optime à viatoribus conſpicitur. Boryſthenem fluvium ad ſtadia ſexaginta inde diſtare, & amnem Hypanim ſeu Bogum ei vicinum eſſe, ac inde oſtium Boryſthenis inſulam quandam exiſtere, in qua portus quondam fuit, idem Strabo memorat.

Oczacovia arx & oppidum.

OCzacovia, quæ Olbia, Olbis & Beriſthenes Olbiopolis, quaſi beata civitas, à Ptolemæo & Plinio dicitur, ad Boryſthenem Carcinitum fluvium ſeu ſinum ſita eſt, ac in eum ſinum mari

Euxino vicinum Boryſthenes ibidem exoneratur. quam à Miletiis conditam eſſe, & amplum emporium habuiſſe Strabo refert. Arx lapidea, nec bene tum munita, oppidum ignobile Turcarum ditionis eſt. Boryſthenes ſeu Neprus altitiſſimus, rapidiſſimus & latiſſimus fluvius, qui à ſeptentrione labitur, in Carcinitum ſinum ſeu fluvium ac Pontum Euxinum penes Oczacoviam influit. Supra Oczacoviam vero milliaribus quatuor Hypanis ſeu Bogus fluvius in Boryſthenem exoneratur. Ad Oczacoviam vero per Boryſthenem & ſinum Carcinitum ſtadiis ducentis (ut vult Strabo) trajectus latiſſimus, & navibus majoribus ac minoribus in Iſthmum ibi ſuperatur. In eo trajectu & tranſitu à peregrinis & mercatoribus vectigal perpetuum Imperatori Turcarum ſolvitur.

Iſthmus, qui inter Pontum Euxinum & Boryſthenem eſt.

Continens, ſeu Iſthmos ab antiquis ita dictus, inter Pontum & Boryſthenem anguſtiſſimus unius diei itineris ſpatio, admodum arenoſus, collibus, lacubus, paludinoſis ſalis fodinis. ac ibi per Boryſthenem ſal deportatur. arbores etiam humiles virgultis parvis inſertas habet. Cervis, urſis, capris,

capris, & apris campeſtribus frequens admodum eſt.

Tartarica tuguria, & manendi illorum in campis modus.

Iſte continens agris, pratis, tuguriis Tartaricis, quæ vulgo *ulnſi* à Barbaris nominantur, ac ut pagi ex tenuiſſimis lignis, limo vel cœno ſtercoribusque pecorum ſeu animalium obliti, facti, & arundine tecti ſunt, Perecopiam uſque milliaribus amplius triginta extenditur, rivisq; abundat. Verum æſtate & in autumno Tartari in eis tuguriis non degunt. nam in Aprili cum uxoribus, liberis, familia, mancipiis ac domibus, quæ rotundę penulis obſitæ quatuor vel quinque hominibus ad degendum vix commodæ ſunt, & in carris rotis duabus ſuſtentatis, camelis duobus, vel uno, vel bobus, itidem cum familia & ſupellectili vehuntur. Camelos, equos, pecora, & oves, innumerabiles greges ſecum ducunt, alios vero commodioribus in paſcuis relinquunt. Perecopiam vero inter Boryſthenem & mare Euxinum, vel extra Perecopiam nō raro in Tauricam ipſam, vel ex adverſo Perecopiæ Oſſovum ſeu Azaphum (ut Turcæ vocant) oppidum ad Confluentem Tanais vel Doni, rapidiſſimum & maximum fluvium, à veteribus quondam Græcis,

proin-

capris, & apris campeſtribus frequens admodum eſt.

Tartarica tuguria, & manendi illorum in campis modus.

ISte continens agris, pratis, tuguriis Tartaricis, quæ vulgo *ulnſi* à Barbaris nominantur, ac ut pagi ex tenuiſſimis lignis, limo vel cœno ſtercoribusque pecorum ſeu animalium obliti, facti, & arundine tecti ſunt, Perecopiam uſque milliaribus amplius triginta extenditur, rivisq; abundat. Verum æſtate & in autumno Tartari in eis tuguriis non degunt. nam in Aprili cum uxoribus, liberis, familia, mancipiis ac domibus, quæ rotundę penulis obſitæ quatuor vel quinque hominibus ad degendum vix commodæ ſunt, & in carris rotis duabus ſuſtentatis, camelis duobus, vel uno, vel bobus, itidem cum familia & ſupellectili vehuntur. Camelos, equos, pecora, & oves, innumerabiles greges ſecum ducunt, alios vero commodioribus in paſcuis relinquunt. Perecopiam vero inter Boryſthenem & mare Euxinum, vel extra Perecopiam nō raro in Tauricam ipſam, vel ex adverſo Perecopiæ Oſlovum ſeu Azaphum (ut Turcæ vocant) oppidum ad Confluentem Tanais vel Doni, rapidiſſimum & maximum fluvium, à veteribus quondam Græcis, proin-

proinde Genuenſibus Italis, cum arce munitum, ac non ſolum ibi præſidio firmiſſimo Imperatoris Turcarum, verum etiam ejus loci Præfecto impoſito, à Turcis habitatū, erectum contendunt. In Iſthmum ſeu campos planiſſimos, & maximos eos, qui inter Boryſthenem ac Mæotim paludem ac mare Ponticum ſunt, ac in peninſulam ipſam de loco in locum ad paſcua commodiora ſemper progrediuntur & migrant. Verum in Octobre frigoribus, imbribus ventisque perpetuis ſævientibus ad tuguria ea rurſus redeunt. In primis enim à Kozacis Nizoviis noſtris hominibus, quod ſecundo fluvio in cymbis ibi vagantur inde nuncupatis, ac iis ſclopetariis qui æſtate & autumno in Boryſthene in cymbis majoribus & minoribus perpetuo vagantur, ſubitasq; & damnoſas in eos incurſiones faciunt, magnopere ſibi metuunt. Attamen frugibus & graminibus collectis Boryſthene glacie concreto cum familia propriisque animantium gregibus commodius per hyemē ſtativa ſua habere ſolent. Iſthmum illum Zenonis Cherſoneſum Ptolemæus vocat. Et Strabo ad telluris magnæ Cherſoneſi eum adhærentem, Roxanos ſcribit & Roxolanos, quos nos Ruſſos ſeu Rutenos nunc dicimus. in campis illis inter

inter Tanaim & Boryſthenem paſcua herboſa ſemper ſectatos memorat, ac adverſus Mithridatis Lupatoris ductores Taſium, Palacum, & Selurum ſocios belligeraſſe. & cum pugnaciſſimi judicarentur, Barbara (inquit Strabo) natio omnis infirma prorſus apparuit, & quinquaginta millibus adverſus ſexaginta millia militariter acie inſtructa, ductu & auſpicio Diophantis ducis Mithridatici, reſiſtere ac ſufferre impetum non valentes, maxima ex parte trucidati ſunt. Galeis, thoracibus, & ſcutis ex crudis boum corrigiis eos uſos fuiſſe, ad percutiendumque lanceas, arcus & gladios habuiſſe ſcribunt. Tentoriis centonum inſtar pilo contextis utebantur: in plauſtris vitam degebant, & circum tentoria pecora comitabantur, à quibus victum capiebant. Lacte, caſeo, & carne veſcebantur. Tartari illi etiam eadem ratione fere vitam degunt, agros tamen non paucos illi nunc habent & colunt, herbas etiam non raro colligunt.

Taurica Cherſoneſus, antiquis minor Tartaria, Barbaris Gadzaria. Perecopia arx & oppidum.

PErecopia, à veteribus Græcis Eupatoria, Pompeiopolis, ſacer lucus, Dromon vel Curſus Achillis, ſeu Græcida, Hera-

inter Tanaim & Boryſthenem paſcua herboſa ſemper ſectatos memorat, ac adverſus Mithridatis Lupatoris ductores Taſſium, Palacum, & Selurum ſocios belligeraſſe. & cum pugnaciſſimi judicarentur, Barbara (inquit Strabo) natio omnis infirma prorſus apparuit, & quinquaginta millibus adverſus ſexaginta millia militariter acie inſtructa, ductu & auſpicio Diophantis ducis Mithridatici, reſiſtere ac ſufferre impetum non valentes, maxima ex parte trucidati ſunt. Galeis, thoracibus, & ſcutis ex crudis boum corrigiis eos uſos fuiſſe, ad percutiendumque lanceas, arcus & gladios habuiſſe ſcribunt. Tentoriis centonum inſtar pilo contextis utebantur: in plauſtris vitam degebant, & circum tentoria pecora comitabantur, à quibus victum capiebant. Lacte, caſeo, & carne veſcebantur. Tartari illi etiam eadem ratione fere vitam degunt, agros tamen non paucos illi nunc habent & colunt, herbas etiam non raro colligunt.

Taurica Cherſoneſus, antiquis minor Tartaria, Barbaris Gadzaria, Perecopia arx & oppidum.

PErecopia, à veteribus Græcis Eupatoria, Pompeiopolis, ſacer lucus, Dromon vel Curſus Achillis, ſeu Græcida, Hera-

Heracleum vel Heraclea appellata, in confinibus Tauricæ, ſeu Scythicæ Cherſoneſi, vel peninſulæ dictæ, primum oppidum obſcurum, & parvum, arx lapidea, nec ſatis munita eſt, in qua Principes Tartarorum vel Chani, ut Tartari eos vocant, quaſi Reguli ſeu ſupremi domini Palatinum, quem illi Begum ſeu Perecopenſem omnium vocitant, perpetuum habent, qui Boryſthenis & Tanais ſeu Doni fluviorum tranſitus & trajectus, & confines univerſos vigilantiſſime perpetuoque obſervat, ac univerſis Tartaris iis, qui in campis ad Perecopiam & ultra Perecopiam ſitis degunt, præeſt. Illud oppidum unà cum arce ipſa, ut ex ruinis videre licet, à priſcis & antiquis peninſulæ Tauricæ quondam vel Boſporanis Regibus ſive Imperatoribus Græcis in anguſtiſſimo continente, eo quem una ex parte à ſeptentrione palus Mæotis, (Putrem lacum eum Strabo nominat) altera vero mare Ponticum à meridie alluit & cingit, univerſamque peninſulam ambit, excitatum eſt. Et quoniam ibi per univerſum, ut Strabo iſthmum dicit, qui inter paludem & mare dimidii milliaris tantum ſpatio fere continetur, foſſà profundiſſima & lata facta; oppidum foſſæ appellationem ſortitum

eſt,

eſt, quam in hodiernum uſque diem à Tartaris ac ipſis pariter Turcis ſermone illorum retinet. Lacum à mari ſeparatum eſſe ſtadiis ſexaginta, Putrem ſeu lacum ipſum ſtadiis quatuor millibus, Tauricæ vero ſeu peninſulæ iſthmum trecentis & ſexaginta ſtadiis contineri Strabo refert. Enimvero Sachibgiereio Chano Tartaro in peninſula imperante, qui Tartaros Noagienſes pro imperio bellum illi facientes, inſigni ac memorabili ſtrage ad Perecopiam proſtraverat, deviceratque, turres lapideæ XVII in ea foſſa excitatæ fuere, foſſaque altius reparata. Proinde vero in ſignum memorabilis victoriæ cruentiſſimique belli, nonnullæ turres ex capitibus cæſorum ibidem factæ fuiſſe à Tartaris perhibentur. Cum itaque in peninſulam in eo anguſtiſſimo loco unicus tantum ille tranſitus pateat, Tartari perpetuas excubias Perecopiæ agunt; neminem peregrinum, qui in peninſulam venerit, ſine literis Chani inde redeuntem tranſire permittunt. Denique cum in bellum deſcendere Chanus cogitaverit, vel aliquod periculum aut bellum Tartaris imminet, univerſi Perecopiam frequentiſſimi ſemper conveniunt.

Coſ.

eſt, quam in hodiernum uſque diem à Tartaris ac ipſis pariter Turcis ſermone illorum retinet. Lacum à mari ſeparatum eſſe ſtadiis ſexaginta, Putrem ſeu lacum ipſum ſtadiis quatuor millibus, Tauricæ vero ſeu peninſulæ iſthmum trecentis & ſexaginta ſtadiis contineri Strabo refert. Enimvero Sachibgiereio Chano Tartaro in peninſula imperante, qui Tartaros Noagienſes pro imperio bellum illi facientes, inſigni ac memorabili ſtrage ad Perecopiam proſtraverat, deviceratque, turres lapideæ XVII. in ea foſſa excitatæ fuere, foſſaque altius reparata. Proinde vero in ſignum memorabilis victoriæ cruentiſſimique belli, nonnullæ turres ex capitibus cæſorum ibidem factæ fuiſſe à Tartaris perhibentur. Cum itaque in peninſulam in eo anguſtiſſimo loco unicus tantum ille tranſitus pateat, Tartari perpetuas excubias Perecopiæ agunt; neminem peregrinum, qui in peninſulam venerit, ſine literis Chani inde redeuntem tranſire permittunt. Denique cum in bellum deſcendere Chanus cogitaverit, vel aliquod periculum aut bellum Tartaris imminet, univerſi Perecopiam frequentiſſimi ſemper conveniunt.

Coſſlovia arx & oppidum.

COſſlovia oppidum ad dextram Pe-recopiæ ad mare ſitum milliaribus ſeptem diſtat. Emporio non ignobili præfectum arcis & oppidi Chanus proprium & perpetuum ibi habet.

Ingermenum arx & oppidum.

INgermenum milliaribus XII vel amplius à Coſſlovia diſtat. arcem lapideam, templum, & ſpecus ſub arce & ex adverſo arcis miro opere ex petra exciſos, habet; nam in monte maximo & altiſſimo ſita eſt, ac inde à ſpecubus à Turcis cognomen retinet. Oppidū quondam non ignobile, opibus refertum, celeberrimum, & natura loci maxime admirandum, copioſiſſimumq; extitit. Ex adverſo oppidi promontorium extenditur in latitudinem ſtadiorum aliquot ſpatio, in longitudinem vero III vel IV milliaribus oris anguſtiſſimis Euxino mari medius eſt. Portus tres habet illos: Pactorum, à quo alter efficitur portus (Ctenuntem Strabo vocat.) ad quos naves multæ commode accedere, & à tempeſtate fluctibusq; maris in locis iis tute conſiſtere poſſunt. In ea anguſtia Taurorum nationem Scythicam latronum manus conſtituiſſe, ac impetum in eos, qui eo divertiſſent, feciſſe Strabo memoriæ prodidit. In montibus ſaxoſis, qui

qui ibi ſunt maximi & admirandi, veſti-
gia certa apparent, quod antiquiſſimi
populi Græci lapides grandes ibi excide-
bant; navibusq; ea anguſtia oris depor-
tatos Corſonum ſeu Cherſonam Penin-
ſulę urbem ea tempeſtate clariſſimam &
antiquiſſimam ex illis extruxiſſe, nunc
etiam à Græcis Chriſtianis dicuntur. He-
raclienſes Ponti accolas coloniam eo
deduxiſſe, ac urbem Cherſoneſum ibi ap-
pellatam eſſe, ac à Tyra fluvio ſtadiis IV
millibus & CCCC curſu maris emetiendo
tam diſtare Strabo meminit. Ingermeni
arcem ſatis & magnificam à Principibus
Græcis extructam fuiſſe apparet: nam
portæ & ædificia adhuc nonnulla inte-
gra Græcis characteribus exornata, &
cum inſignibus eorum inſculpta con-
ſpiciuntur. Ac per univerſum illum
iſthmum quondam ibi uſque ad urbis
mœnia ædificia ſumptuoſa extitiſſe, pu-
teos excavatos infinitos, qui adhuc fere
plurimi ſunt integri; ad extremum vero
duas vias Regias grandes lapidibus ſtra-
tas eſſe, certo apparet. In eo iſthmo po-
maria, horti, vineæ plurimæ & optimæ,
à Græcis quondam cultæ, (Belbecum
nunc etiam appellantur,) quas Chriſtia-
ni Græci vel Itali & Iudæi, pauciq; Tur-
cæ nunc poſſident, in loco eodem viſun-
tur. Ex Ingermeno Corſunum terreſtri

iti-

qui ibi ſunt maximi & admirandi, veſtigia certa apparent, quod antiquiſſimi populi Græci lapides grandes ibi excidebant; navibusq; ea anguſtia oris deportatos Corſonum ſeu Cherſonam Peninſulę urbem ea tempeſtate clariſſimam& antiquiſſimam ex illis extruxiſſe, nunc etiam à Græcis Chriſtianis dicuntur. Heraclienſes Ponti accolas coloniam eo deduxiſſe, ac urbem Cherſoneſum ibi appellatam eſſe, ac à Tyra fluvio ſtadiis IV millibus & cccc curſu maris emetiendo eam diſtare Strabo meminit. Ingermeni arcem ſatis & magnificam à Principibus Græcis extructam fuiſſe apparet: nam portæ & ædificia adhuc nonnulla integra Græcis characteribus exornata, & cum inſignibus eorum inſculpta conſpiciuntur. Ac per univerſum illum iſthmum quondam ibi uſque ad urbis mœnia ædificia ſumptuoſa extitiſſe, puteos excavatos infinitos, qui adhuc fere plurimi ſunt integri; ad extremum vero duas vias Regias grandes lapidibus ſtratas eſſe, certo apparet. In eo iſthmo pomaria, horti, vineæ plurimæ & optimæ, à Græcis quondam cultæ, (Belbecum nunc etiam appellantur,) quas Chriſtiani Græci vel Itali & Iudæi, pauciq; Turcæ nunc poſſident, in loco eodem viſuntur. Ex Ingermeno Corſunum terreſtri

itinere eundo eſt iſthmus inter oris anguſti portum, & mare Euxinum, quem ſtadiis ſexaginta conſtare, & parvam Cherſoneſum appellatum eſſe, ac portionem magnæ Cherſoneſi occludere Strabo deſcribit. Eſt ille iſthmus ad lævam & lacus maris Euxini planiſſimus, & ſolo fertiliſſimus: ad dexteram vero portus oris anguſti, habet quidé agrum ſatis uberem, montibus tamen & collibus, in quibus vineæ & pomaria infinita erant, ſeptus eſt. Incolis & pagis ad urbis ipſius mœnia caret, & in vaſtitatem prorſus redactus eſt; tamen greges infiniti ovium, pecorum & animalium propter nimiam ſoli herbarum ubertatem à Turcis ibi perpetuo paſcuntur. Ex ædificiis illis ruinoſis, quæ ibi conſpiciuntur; animalibus illis per ſingulas turmas domini proprii Turcæ vel Tartari caulas maximas conficiunt & ſepiunt.

Cherſoneſus ſeu Corſunum urbs Taurica antiquiſsima.

CHerſoneſum ſeu Cherroneſum, Corſunum, vel Cherſonam, Sari Germenum, quaſi flavam arcem, Turcæ urbem eam vocarunt: nam ſolum quaſi flavum ille tractus habet. Quæ quod ſuperba, dives, delicata & clara quondam Græcæ gentis colonia fuerit, univerſæq; peninſulæ urbs antiquiſſima, frequens, magnifica,

fica, portuque nobiliſſima extiterit, admirandæ ruinæ illius manifeſte teſtantur. In extremitate iſthmi illius, quem parvam Cherroneſum Strabo vocat, & in oſtio ipſo portus oris anguſti, ac per univerſum iſthmum ſicut latitudo ripæ utriusque maris eſt, urbs murum altiſſimum & magnum turresq; plurimas & maximas ex ſecto & grandi lapide erectas nunc etiam habet, ac tota mari expoſita exiſtit. Aquarum ductus, qui milliaribus quatuor cuniculis ex petris exciſis in urbe ducebantur, in quibus nunc etiam aqua puriſſima eſt, ad urbis ipſius mœnia conſpiciuntur. Eſt in eo loco unde rivulus ille delabitur pagus quidã non ignobilis, & non procul in ripa maris, in monte ſaxoſo, Græcum monaſterium, Sancti Georgii ſolemne; anniverſaria devotio Græcis Chriſtianis qui nunc in Taurica ſunt reliqui, in magna frequentia ibi fieri ſolet. Vrbs illa à multis non ſolum annis, verum ſæculis, & hominibus & habitatoribus prorſus vacua, funditus diruta ac in vaſtitatem redacta eſt. Muri & turres integræ adhuc & miro opere ſumptuoſe factæ conſpiciuntur. Principum Regia vel domus in ea iſthmi parte, & urbis mœnibus, turribus, & portis magnificis exiſtit. Verum à Turcis inſignes columnæ marmoreæ

&

fica, portuque nobiliſſima extiterit, admirandæ ruinæ illius manifeſte teſtantur. In extremitate iſthmi illius, quem parvam Cherroneſum Strabo vocat, & in oſtio ipſo portus oris anguſti, ac per univerſum iſthmum ſicut latitudo ripæ utriusque maris eſt, urbs murum altiſſimum & magnum turresq; plurimas & maximas ex ſecto & grandi lapide erectas nunc etiam habet, ac tota mari expoſita exiſtit. Aquarum ductus, qui milliaribus quatuor cuniculis ex petris exciſis in urbe ducebantur, in quibus nunc etiam aqua puriſſima eſt, ad urbis ipſius mœnia conſpiciuntur. Eſt in eo loco unde rivulus ille delabitur pagus quidã non ignobilis, & non procul in ripa maris, in monte ſaxoſo, Græcum monaſterium, Sancti Georgii ſolemne; anniverſaria devotio Grçcis Chriſtianis qui nunc in Taurica ſunt reliqui, in magna frequentia ibi fieri ſolet. Vrbs illa à multis, non ſolum annis, verum ſæculis, & hominibus & habitatoribus prorſus vacua, funditus diruta ac in vaſtitatem redacta eſt. Muri & turres integræ adhuc & miro opere ſumptuoſe factæ conſpiciuntur. Principum Regia vel domus in ea iſthmi parte, & urbis mœnibus, turribus, & portis magnificis exiſtit. Verum à Turcis inſignes columnæ marmoreæ

& ſerpentinæ, quarum intus adhuc loca apparent, & grandiores lapides, ſpoliatæ & per mare ad ſedes eorum in ædificia publica & privata deportatæ ſunt. Idcirco ad majorem ruinam ea urbs pervenit: non ædium & templorum ne veſtigia quidé in ea viſuntur. Vrbis ædificia humi proſtrata & ſolo equata ſunt. Monaſterium Græcum maximum in urbe eſt reliquum; parietes templi apparent quidem, ſed teſtitudinem non habent, & ornamenta ædificii ejus, quæ ibi erant inſignia, diruta & ſpoliata ſunt. Ex illo monaſterio duas portas æris Corinthii, quas Græcorum preſbyteri Regias portas vocant, & imagines inſigniores, Græcos aliquos ad Volodimirum magnum Ruſſorum ſeu Kiovienſium Principem ea tempeſtate prædæ loco Kioviam deportaviſſe, poſtmodũ vero à Boleſlao ſecundo rege Poloniæ Kiovia Gneſnam prædæ itidem loco, quę in templi maximi porta nunc etiam ibi viſuntur, delatas eſſe, Ruſſorum & Polonorum annales memoriæ prodidere; Volodimirum Principem Ioanni Zemiſcæ Conſtantinopolitano Imperatori eam urbem quondam eripuiſſe; verum Baſilii & Conſtantini Imperatorũ Anna ſorore in matrimonio ducta, & ſacro fonte ritus Græci in eodem monaſterio à Patriarcha quodam initiato, reſtituiſſe. Quod & in hodiernum uſque diem in locis iiſdem à Chriſtianis Græcis, quorum obſcuræ & parvæ admodum reliquiæ ſuperſunt, prædicatur. Ante urbem promontorium exiſtere, & Parthenium, id eſt, virgineum appellatum eſſe, Deæque illius ædem ac ſtatuam habere. Ac eam urbem liberam fuiſſe, propriiſq; legibus vixiſſe; verum à Barbaris direptam, eoque neceſſitatis deductam eſſe, Eupatore Mithridate præſule ſibi delecto adverſus Barbaros bellum geſſiſſe, & tanta ſpe erectum exercitum in Cherſoneſum miſiſſe, ut & Scythis pariter Strabone teſte intulerit, & Sciluri liberos quinquaginta (ut Poſſidonus ſcribit) captivos habuerit, & à Periſade præfecto loci ditione accepta Boſpho potitus ſit: Ac inde ex eo tempore in hunc uſque diem Cherſoneſitarum civitatem Boſporanis Regulis ſubjectam fuiſſe olim idem Strabo aſſerit.

Iamboli, ſeu Balacheum, arx & civitas.

IAmboldum ſeu Iamboli Græci Balacheium, quaſi piſcium arcem & civitatem eam (nam in eo loco mare piſcibus ferax eſt) Turcæ dixere. Ea in altiſſimo magno & ſaxoſo monte ab Italis Genuenſibus munita & habitata fuit:

ſuper-

à Patriarcha quodam initiato, reſtituiſſe. Quod & in hodiernum uſque diem in locis iiſdem à Chriſtianis Græcis, quorum obſcuræ & parvæ admodum reliquiæ ſuperſunt, prædicatur. Ante urbem promontorium exiſtere, & Parthenium, id eſt, virgineum appellatum eſſe, Deæque illius ædem ac ſtatuam habere. Ac eam urbem liberam fuiſſe, propriisq; legibus vixiſſe; verum à Barbaris direptam, eoque neceſſitatis deductam eſſe, Eupatore Mithridate præſule ſibi delecto adverſus Barbaros bellum geſſiſſe, & tanta ſpe erectum exercitum in Cherſoneſum miſiſſe, ut & Scythis pariter Strabone teſte intulerit, & Sciluri liberos quinquaginta (ut Poſſidonus ſcribit) captivos habuerit, & à Periſade præfecto loci ditione accepta Boſpho potitus ſit: Ac inde ex eo tempore in hunc uſque diem Cherſoneſitarum civitatem Boſporanis Regulis ſubjectam fuiſſe olim idem Strabo aſſerit.

Iamboli, ſeu Balacheum, arx & civitas.

IAmboldum ſeu Iamboli Græci Balacheium, quaſi piſcium arcem & civitatem eam (nam in eo loco mare piſcibus ferax eſt) Turcæ dixere. Ea in altiſſimo magno & ſaxoſo monte ab Italis Genuenſibus munita & habitata fuit:

ſuperbis enim & peſſime tunc inter ſe convenientibus ac ignavis Græcorum, qui tunc eam partem Tauricę tenebant, Ducibus ignominioſe ſine aliquo corũ præſidio ab eis erepta fuit. In ea civitate commoditate loci naturalis Genuenſes uſi portum celebrem, ac utilem, munitiſſimum ſumptuoſiſſimumque propugnaculum, excitavere. Eſt ibi etiam ſinus maris anguſti penes civitatem & inter promontorium non exiguo ſpatio diſtans, qui portum nõ ignobilem confecit, ut ex mari magno naves non paucæ ibi tuto deſcendere & conſiſtere poſſint. Arces, ædes, mœnia & turres ſumptuoſæ cum plurimis Genuenſium inſigniis & titulis proſtratæ & omnino dirutæ jacent. Civitas illa à paucis Græcis, Iudæis & Turcis incolitur, à paucioribus itidem mercatoribus & peregrinis per mare frequentatur.

Mancopia ſeu Mangutum, ut Turcæ vocant, arx & oppidum.

MAncopia civitas ad montes & ſylvas magis porrecta, & mari non jam propinqua eſt; arces duas in altiſſimo ſaxo & peramplo conditas, templa Græca ſumptuoſa & ædes, plurimos rivos, qui ex ſaxo decurrunt, limpidiſſimos & admirandos habuit. Poſtquam vero à Turcis ea capta eſſet, poſtmodum vero

anno decimo octavo, ut Chriſtiani Græci perhibent, ſubitaneo & horribili incendio orto funditus fere demolita eſt. Idcirco nihil quicquam inſignius præter ſuperiorem arcem, in qua porta inſignis cum Græcis textibus multo marmore ornata, & domus alta lapidea eſt. In eam domum Moſcorum nuncii Canorum barbarico furore nonnunquam detruduntur, ac durius ibi aſſervantur. Templum Græcum S. Conſtantini, & alterum S. Georgii humile admodum nunc reliquum eſt. Preſbyter Græcus unicus, Turcæ & Iudæi aliquot inhabitant, cætera in ruinas, vaſtitatem, & omnem fere oblivionem verſa ſunt. Nec homines jam ſuperſunt, nec Ducum, nec gentium earum, quæ eas urbes & arces maximas poſſidebant & inhabitabant, annales aliqui reperiuntur. Nam in locis ſingulis eos ſummo cum ſtudio & impendio meo conquirebam. Verumtamen à Preſbytero quodam, Græco homine jam annoſo, probo, & non rudi, quem ibi vidi, accepi, quod paulo ante civitatis ejus à Turcis deditionem Duces quidam duo Græci, quos Conſtantinopolitanorum vel Trapezuntii Imperatorum ſanguinis fuiſſe certe apparet, patruus & nepos ibi manſiſſent. Græci vero Chriſtiani non

anno decimo octavo, ut Chriſtiani Græci perhibent, ſubitaneo & horribili incendio orto funditus fere demolita eſt. Idcirco nihil quicquam inſignius præter ſuperiorem arcem, in qua porta inſignis cum Græcis textibus multo marmore ornata, & domus alta lapidea eſt. In eam domum Moſcorum nuncii Canorum barbarico furore nonnunquam detruduntur; ac durius ibi aſſervantur. Templum Græcum S. Conſtantini, & alterum S. Georgii humile admodùm nunc reliquum eſt. Preſbyter Græcus unicus, Turcæ & Iudæi aliquot ibi habitant, cætera in ruinas, vaſtitatem, & omnem fere oblivionem verſa ſunt. Nec homines jam ſuperſunt, nec Ducum, nec gentium earum, quæ eas urbes & arces maximas poſſidebant & inhabitabant, annales aliqui reperiuntur. Nam in locis ſingulis eos ſummo cum ſtudio & impendio meo conquirebam. Verumtamen à Preſbytero quodam, Græco homine jam annoſo, probo, & non rudi, quem ibi vidi, accepi, quod paulo ante civitatis ejus à Turcis obſidionem Duces quidam duo Græci, quos Conſtantinopolitanorum vel Trapezuntii Imperatorum ſanguinis fuiſſe certe apparet, patruus & nepos ibi manſiſſent. Græci vero Chriſtiani non

multis tamen annis eam inhabitavere, ac paulo poſt ab infideli & immaniſſima Turcarum gente civitas illa fide eis data & violata erepta fuit. Duces illi Conſtantinopolitani vivi abducti, à crudeliſſimo & ſceleratiſſimo Turcarū Imperatore Selimo ab annis centum & decem crudeliter contrucidati ſunt. In templis illis Græcis in parietibus effigies & habitus exornati Imperatorum & Imperatricum earum, ex quorum ſanguine eas ortas & prognatas fuiſſe apparet. Arx & civitas quondam antiquiſſima Mancopiæ, & Cerceſſigermeno à Turcis arci novæ & à Cerceſſio nominatæ, proxima eſt, nec ea à Turcis & Tartaris, ac ipſis etiam Græcis, propter nimiam vetuſtatem aliquod cognomen nunc habet. Græcorum tamem Ducum temporibus, de quibus in eo loco plurima nefanda, quæ in Deum hominesque illi perpetrabant, prædicantur, ea corruit. Ac in eo monte ſaxoſo, in quo ſita eſt, in ſaxo miro admodum opere domus exciſas habet, quæ, etſi ille locus nunc ſylvoſus eſt, integræ tamen plurimæ reperiuntur. Phanum marmoreis & ſerpentinis columnis ornatum humi jam proſtratum & corruptum, inſignem & clarum quondam eum locum extitiſſe teſtatur.

Chanorum Regia & ſedes.

CHanorum Regiæ ſeu domus in Mediterraneam (ut eam Strabo vocat) Tauricam porrectæ ſunt. Oppidum non ignobile, & domum lapideam primariam, in qua ille ſemper reſidet, Baccaſaraium nuncupatam ille habet. Illud oppidum inter duos montes ſitum eſt, & fluvius parvus, à quo oppidum cognomen retinet, medius defluit. Mahometicum templum lapideum, & ſepulturæ Chanorum, ex ruinis Chriſtianorum per oppidū extructæ ſunt. Non procul etiam ab illo oppido monaſterium Mahometicum, & plurimæ ſepulturæ Tartaricæ, ex ruinis Græcorum non ignobiliores excitatæ ſunt. In extremitate oppidi alius aliud oppidum eſt Salaticum dictum, ædificiis nō ignobilioribus à Turcis incolis exornatum. Chanorū Regia et domus, à priſcis Tartarorum Principibus ſumptuoſè ædificiis, templis, ſepulturis, & balneis magnificè exornata est. In eam domū Principes, quum otio, ludiciis, oblectationibus & recreationi vacant, cum uxoribus non raro deſcendunt. Locus ille enim ſeu tractus venationibus expoſitus eſt. Pomaria, vineas, hortos & agros infinitos & præſtantes habet, ac rivis limpidiſſimis irriguus eſt. Montes & ſylvæ plurimæ illic ſunt, in

Chanorum Regia & ſedes.

CHanorum Regiæ ſeu domus in Mediterraneam (ut eam Strabo vocat) Tauricam porrectæ ſunt. Oppidum non ignobile, & domum lapideam primariam, in qua ille ſemper reſidet, Baccaſaraium nuncupatam ille habet. Illud oppidum inter duos montes ſitum eſt, & fluvius parvus, à quo oppidum cognomen retinet, medius defluit. Mahometicum templum lapideum, & ſepulturæ Chanorum, ex ruinis Chriſtianorum penes oppidũ exſtructæ ſunt. Non procul etiam ab illo oppido monaſterium Mahometicum, & plurimæ ſepulturæ Tartaricæ, ex ruinis Græcorum non ignobiliter excitatæ ſunt. In extremitate oppidi iſtius aliud oppidum eſt Salaticum dictum, ædificiis nõ ignobilioribus à Turcis incolis exornatum. Chanorũ Regia vel domus, à priſcis Tartarorum Principibus ſumptuoſè ædificiis, templis, ſepulturis, & balneis magnificè exornata eſt. In eam domũ Principes, quum otio, deliciis, oblectationibus & recreationi vacant, cum uxoribus non raro deſcendunt. Locus ille enim ſeu tractus venationibus expoſitus eſt. Pomaria, vineas, hortos & agros infinitos & præſtantes habet, ac rivis limpidiſſimis irriguus eſt. Montes & ſylvæ plurimæ illic ſunt, in

quibus ruinoſa ædificia plurima, & maximæ arces & civitates conſpiciuntur, à paucis tamen & nullis hominibus illæ habitantur, & deſolatæ jacent. Almaſſarai ad confluentẽ Almæ eſt Chanorum Regia, ſeu domus, in qua ille raro manere ſolet, quod non ita commode ſicut alibi ibi degere & cum aula ſua divertere poteſt; nam pagus tantum unicus & obſcurus ibi eſt. Arces & oppida obſcuriora ſunt aliquot vicina, in quibus uxores ſuas alere ſolent. Arces itidem nonnullæ ſunt, in quibus Sultani Chanorum fratres vel filii & uxores illorum perpetuo habitant. Pars illa Cherſoneſi, quam Chanus cum ſuis Tartaris poſſidet, à Perecopia verſus paludem ad Cremum civitatem culta, plana, campeſtris, fertilis & herboſa eſt; Verum verſus mare & ipſam Chani Tartarorum Regiam, ejuſque oppida, arces & pagos, montuoſa admodum, ſylveſtris, cultiſſima ac uberrima exiſtit. Montes ſunt maximi & celebres in ea parte. Maximus vero omnium altiſſimus eſt, & in ſummitate lacum ſane non exiguum habet. Illum etſi ego non aſcendi, verum ab aliquot miliaribus ille bene conſpicitur, & nõ vulgarem altitudinem & magnitudinem demonſtrat. Fluvii plurimi non parvi admodum ex montibus illis decurrunt.

Piſci-

Piſciculos etiamſi non magnos (nam aqua non eſt profunda) ſapidiſſimos tamen & delicatos plurimos habent. Sed quoniam Tartaris piſcium rarus eſt uſus, Chriſtiani tantum & peregrini noſtri cum eò veniunt in capiendis eis operam navant. Eſt præterea avium delicatiſſimarũ ibi copia, quas aliquando ſclopetarii Chriſtiani vel Turcæ, rarius tamen noſtri peregrini, petere ſolent. Venationes cervorum, caprarum, aprorum & leporum in ditione Tartarica & Turcica mari vicina ſunt plurimæ. Solet etiam non raro diebus aliquot Chanus ipſe ibi venari; ſæpius vero cum canibus venaticis Turcicis vel Tartaricis in campũ deſcendit. Sortaſſus pagus Tartaricus Chani Regiæ vicinus, in quem Lituanici & Moſcovitici legati non raro divertũt, ille ſatis amplus & amœnus eſt. Enimvero ex quo Taurica ſeu peninſula Chanorum ditionis eſſe cœpit, Itali non pauci Genuenſes nobiliores poſt ſubactã à Turcis Capham, Tartarorum Principibus juris & proprietatis ſuæ litteris eorum conſcriptis & conſignatis, quas ego apud eos vidi & legi, cum pagum cum ſpecialibus immunitatibus illi obtinuerant, ſive ex auro, quod illi tũ ex ſedibus ſuis ſecum aſportaverant, ſibi comparaverant, ſive etiam miniſterio, dum Chanis in

able-

Piſciculos etiamſi non magnos (nam aqua non eſt profunda) ſapidiſſimos tamen & delicatos plurimos habent. Sed quoniam Tartaris piſcium rarus eſt uſus, Chriſtiani tantum & peregrini noſtri cum eò veniunt in capiendis eis operam navant. Eſt præterea avium delicatiſſimarũ ibi copia, quas aliquando ſclopetarii Chriſtiani vel Turcæ, rariùs tamen noſtri peregrini, petere ſolent. Venationes cervorum, caprarum, aprorum & leporum in ditione Tartarica & Turcica mari vicina ſunt plurimæ. Solet etiam non raro diebus aliquot Chanus ipſe ibi venari; ſæpius vero cum canibus venaticis Turcicis vel Tartaricis in campũ deſcendit. Sortaſſus pagus Tartaricus Chani Regiæ vicinus, in quem Lituanici & Moſcovitici legati non raro divertũt, ille ſatis amplus & amœnus eſt. Enimvero cum Taurica ſeu peninſula Chanorum ditionis eſſe cœpit, Itali non pauci Genuenſes nobiliores poſt ſubactã à Turcis Capham, Tartarorum Principibus juris & proprietatis ſuæ litteris eorum conſcriptis & conſignatis, quas ego apud eos vidi & legi, cum pagum cum ſpecialibus immunitatibus illi obtinuerant, ſive hoc auro, quod illi tũ ex ſedibus ſuis ſecum aſportaverant, ſibi comparaverant, ſive etiam miniſterio, dum Chanis in able-

ablegationibus apud Chriſtianorum Principes nõ obſcure operam ſuam navabant. Templum Catholicum in pago illo extruere ipſis permiſſum fuerat, in quod, dum ego ibi manerem, aliquoties deſcendebam. Preſbyter tamen unicus Franciſcanorum ordinis Frater, quem Chriſtiani illi ex Turcica captivitate ære proprio tum redemerant, in templo illo fuit. Ille poſtmodum cum Tartarico legato, qui apud Sereniſſimum Regem non ita pridem fuerat, in Lituaniam Vilnam uſque advenerat. Reverendiſſimum Ioannem Andream Caligarium Sedis Apoſtolicæ Legatum ſæpius ille accedebat, ac cum iiſdem Tartaris, dum aliquot ſeptimanis manſiſſet, iterum in Tauricam ille reverſus eſt.

Cremum arx & civitas.

CRemum, ſeu ut à Tartaris Crimum dicitur, civitas & arx muro antiquiſſimo, maximo ac præalto, magnitudine ac celebritate reliquis civitatibus Tauricæ, Cherſoneſi mediterraneæ, (nam eam Ptolemæus ita nominat,) admodũ diſſimilis eſt. Ptolemæo fortaſſe Taphros, Plinio vero Taphræ eam antiquis nominatam fuiſſe placet. Illa poſtremis jam temporibus ante Genuenſium in Tauricam adventum à maximo populo Mahometico, qui ex Aſia eo tum migrave-

rant,

rant, culta & inhabitata fuiſſe videtur. Nam templa ſeu delubra antiqua Mahometica non ſolum in civitate ipſa, verum & ultra civitatem, plurima admodum cum characteribus Chaldaicis in grandioribus ſaxis exciſis conſpiciuntur. Turcæ ſeu Tartari non pauci admodum incolæ, Græci tamen rariores, hoc referunt, quod majores ſui conſtanter meminerint, eam civitatem à Perſarum olim gente inhabitatam, præſtantem ac primariam fere officinam mechanicarũ tium quondam eam extitiſſe. Liquet ſane ex ipſis ruinis, & loci amplitudine, urbem eam quondam clariſſimam, & maximam gentium coloniam extitiſſe. Tartari ab eo loco Criméſes vulgo nunc appellantur. Officinam monetariam, quam Chanus cudit, in ea civitate perpetuam habent. In arce, quæ maxima ad civitatem eſt, uxores Chanorum perpetuo aſſervantur & conſeneſcunt.

Sidagios arces tres & civitas.

SIdagios à Græcis, à Genuenſibus vero Sudacum, arx & civitas illa dicta fuit. Tartaris prorſus incognita eſt. In monte altiſſimo, ſaxoſo & peramplo, ad mare ſito, in ſummitate montis, arcem ſuperiorem, alteram mediam, tertiam vero inferiorem arcem, muro & turribus cinctas & munitas Græci ſeu Genuenſes

Itali

rant, culta & inhabitata fuiſſe videtur. Nam templa ſeu delubra antiqua Mahometica non ſolum in civitate ipſa, verum & ultra civitatem, plurima admodum cum characteribus Chaldaicis in grandioribus ſaxis exciſis conſpiciuntur. Turcæ ſeu Tartari non pauci admodum incolæ, Græci tamen rariores, hoc referunt, quod majores ſui conſtanter meminerint, eam civitatem à Perſarum olim gente inhabitatam, præſtantem ac primariam fere officinam mechanicarũ artium quondam eam extitiſſe. Liquet ſane ex ipſis ruinis, & loci amplitudine, urbem eam quondam clariſſimam, & maximam gentium coloniam extitiſſe. Tartari ab eo loco Crimẽſes vulgo nunc appellantur. Officinam monetariam, quam Chanus cudit, in ea civitate perpetuam habent. In arce, quæ maxima ad civitatem eſt, uxores Chanorum perpetuo aſſervantur & conſeneſcunt.

Sidagios arces tres & civitas.

Sidagios à Græcis, à Genuenſibus vero Sudacum, arx & civitas illa dicta fuit. Tartaris prorſus incognita eſt. In monte altiſſimo, ſaxoſo & peramplo, ad mare ſito, in ſummitate montis, arcem ſuperiorem, alteram mediam, tertiam vero inferiorem arcem, muro & turribus cinctas & munitas Græci ſeu Genuenſes

Itali condidere. Templa Græca ex grandioribus ſaxis infinita eſſe, & quaſi ſacella pauca admodum, nonnulla integra viſuntur, plurima vero in ruinā verſa & humi jam proſtrata jacent. Superbi, diſcordes & deſides Græci à Genuenſibus Italis fracti & debilitati civitatē eam amiſerant. Non contemnenda Genuenſium veſtigia Græcis multo clariora ibi conſpiciuntur. At inſignem locum quondam, ut ex ruinis videre licet, extitiſſe, à Chriſtianis Græcis, quorum parvæ admodum reliquiæ ibi ſunt, memoratur: Græcorum gentem eo diſcordiarum & inimicitiarū deveniſſe, quod familiæ, quæ diſſidiis laborabant, ne devotionem quidem publicam fieri eique intereſſe volebant. Propterea templa illa infinita quam plurimi ædificavere, quæ aliquot centena ibi extitiſſe Chriſtiani perhibent. Templa tria maxima Catholica, domus, muri, portæ, ac turres inſignes, cum textilibus & inſigniis Genuenſium in arce inferiori viſuntur. A Metropolita quodam viro Græco & honeſto, qui ex inſulis Græcis ad viſitandos preſbyteros illos tum eò advenerat, & hoſpitio me exceperat, accepi, quod cum immaniſſima gens Turcarum eam civitatem ingenti maritimo exercitu oppugnaſſet, à Genuenſibus fortiter & animoſe

moſe illa defenderetur. verum cum obſidionem diuturnā ac famem Genuenſes diutius ferre, nec impetum tam numeroſi exercitus Turcarum ſuſtinere amplius poſſent, in maximum templum illud, quod adhuc ibi integrum eſt, centeni aliquot, vel, ut ille aſſerebat, mille fere viri egregii ſeſe receperant, per dies aliquot in arce inferiori, in quam Turcæ irruperant, fortiter & animoſe ſeſe defendentes, inſigni & memorabili Turcarum ſtrage edita. tandem in templo illo univerſi concidere. templi illius portę & feneſtræ à Turcis muro impletæ. cæſorum cadavera in eum uſque diem inſepulta jacent. In id templum ne accederem, à Caphenſi Seniaco quondā Turca, quem in ea arce perpetuum ille habet, ego prohibitus ſum. Portorium non ignobile civitatis ejus fuit. Vineæ & pomaria, quæ ad duo & amplius milliaria extenduntur, fertiliſſima à Caphenſibus, Turcis, Iudæis, & Chriſtianis nunc etiam ibi coluntur. Nam univerſæ Tauricæ vinum optimum ibi naſcitur. Rivis amœniſſimis, qui ex altiſſimis & memoroſis montibus & ſylvis, quæ admodum frequentes ibi ſunt, decurrunt, univerſus ille tractus abundat.

Civi-

moſe illa defenderetur. verumq́ cum obſidionem diuturnā ac famem Genuenſes diutius ferre, nec impetum tam numeroſi exercitus Turcarum ſuſtinere amplius poſſent, in maximum templum illud, quod adhuc ibi integrum eſt, centeni aliquot, vel, ut ille aſſerebat, mille fere viri egregii ſeſe receperant, per dies aliquot in arce inferiori. in quam Turcæ irruperant, fortiter & animoſe ſeſe defendentes, inſigni & memorabili Turcarum ſtrage edita. tandem in templo illo univerſi concidere. templi illius portę & feneſtræ à Turcis muro impletæ. cæſorum cadavera in eum uſque diem inſepulta jacent. In id templum ne accederem, à Caphenſi Seniaco quondā Turca, quem in ea arce perpetuum ille habet, ego prohibitus ſum. Portorium non ignobile civitatis ejus fuit. Vineæ & pomaria, quæ ad duo & amplius milliaria extenduntur, fertiliſſima à Caphenſibus, Turcis, Iudæis, & Chriſtianis nunc etiam ibi coluntur. Nam univerſæ Tauricæ vinum optimum ibi naſcitur. Rivis amœniſſimis, qui ex altiſſimis & mediis montibus & ſylvis, quæ admodum frequentes ibi ſunt, decurrunt, univerſus ille tractus abundat.

Civi-

Civitatum maritimarum diſtantia & deſcriptio.

CIvitatibus illis ſuperioribus, ac demum Sudaco ipſo jam emenſo uſq; ad Theodoſiam, quam Genuenſes Itali Capham dixere urbem, Taurica ripa per ſtadiorum mille longitudinem aſpera montanaque & aquilonibus procelloſa exiſtit. Ante illam urbẽ promontorium quod ibi conſpicitur in pelagus in meridiem verſus Paphlagoniam Amaſtrumque urbem valde procumbere, ac à Græcis Orium & Opon, frontem arietis, appellari Strabo refert. Opponitur illi & aliud promontorium Carambis Paphlagonum, quo pontus Euxinus in pelagus geminum dividitur, ac id utrumque euripus anguſtat. Carambis à Cherroneſitarum urbe ſtadiorũ duobus millibus & quingentis, ab arietis autem frontẽ multo minore numero diſtare Strabó memorat. Poſt eam montanam, ut eam Strabo regionem vocat, Theodoſiam civitatem jacere; campos ubertate præſtantes, portum vel centenis navibus commodum habere, eumq; finem Boſporanorum & Taurorum agro antea aſſcriptum fuiſſe, idem aſſerit.

Capha ſeu Theodoſia civitas.

CApha ſeu Theodoſia urbs univerſæ Tauricæ clariſſima, munitiſſimaque, à Ge-

à Genuenſibus Italis condita & ad mare ſita eſt. Portum copioſum illa ſemper habuit. Genuenſium tempore apparet tam divitem & habitabilem admodum extitiſſe. Poſtquam vero à Turcis ab annis plus centum Genuenſibus erepta fuerat, Chriſtiani Itali in anguſtum ita redacti ſunt, ut exiguæ & obſcuræ admodum eorum reliquiæ in ea ſuperſint. Civitas priſtinum ſplendorem maxima ex parte amiſit. Templa Chriſtianorum Romana demolita, ædes dirutæ, muri & turres, in quibus Genuenſium plurima inſignia & inſcriptiones Latinæ viſuntur, collapſa jacent. Templa tantum Catholica duo, & Armenica itidem integra ſuperſunt, in quibus Preſbyteros proprios alere, & devotioni publicæ intereſſe à Turca antiquo jure eis conceditur. Turcis, Armenis, Iudæis, Italis & Græcis Chriſtianis pauciſſimis habitatoribus referta, negotiationibus portuque univerſæ ejus Tauricæ nunc etiam nobilis eſt: vineas, pomaria, & hortos fere infinitos illa habet. Capham non raro navigatur ex univerſis vicinioribus & remotioribus Græciæ inſulis, ſæpius vero ex urbe Conſtantinopoli; nam ſecundo vento duorum tantum dierum ſpatio, vel paulo amplius, navibus eo veniunt.

à Genuenſibus Italis condita & ad mare ſita eſt. Portum copioſum illa ſemper habuit. Genuenſium tempore apparet eam divitem & habitabilem admodum extitiſſe. Poſtquam vero à Turcis ab annis plus centum Genuenſibus erepta fuerat, Chriſtiani Itali in anguſtum ita redacti ſunt, ut exiguæ & obſcuræ admodum eorum reliquiæ in ea ſuperſint. Civitas priſtinum ſplendorem maxima ex parte amiſit. Templa Chriſtianorum Romana demolita, ædes dirutæ, muri & turres, in quibus Genuenſium plurima inſignia & inſcriptiones Latinæ viſuntur, collapſa jacent. Templa tantum Catholica duo, & Armenica itidem integra ſuperſunt, in quibus Preſbyteros proprios alere, & devotioni publicæ intereſſe à Turca antiquo jure eis conceditur. Turcis, Armenis, Iudæis, Italis & Græcis Chriſtianis pauciſſimis habitatoribus referta, negotiationibus portuque univerſæ ejus Tauricæ nunc etiam nobilis eſt: vineas, pomaria, & hortos fere infinitos illa habet. Capham non raro navigatur ex univerſis vicinioribus & remotioribus Græciæ inſulis, ſæpius vero ex urbe Conſtantinopoli; nam ſecundo vento duorum tantum dierum ſpatio, vel paulo amplius, navibus eo veniunt.

Telluris Tauricæ diſtantia & deſcriptio.

TEllurem aliam deinceps fertilitate conſpicuam uſque ad Panticapeium Boſporanorũ metropolim, quæ in oſtio Mæotidis ſita eſt, exiſtere, ac inter Theodoſiam & Pancapeium ſtadiorum quingentorum & triginta intervallum eſſe Strabo refert. Tellus illa frumenti ferax eſt, & vicos habuit olim multos, ſed nũc Tartarica tuguria plurima ibi ſunt. Vrbem portus optimi Nympheum dictam, & tumulum Panticapeum habitaculis frequentibus circumpoſitum ſtadiorum viginti inſignem eſſe, ac ad ortum portum navium triginta quondam ibi extitiſſe, & arcem à Mileſiis conditam ibi fuiſſe Strabo aſſerit. Eſt quidem ad eum tumulum nunc etiam civitas & arces duæ, quæ fortaſſis à Turcis & Tartaris Cercum & Thamanum appellantur. In ipſo Mæotidis ore, quod Strabo Boſporum Cimmerium vocat, ejus vero initium ab ampliore latitudine ad ſeptuaginta ſtadia. ubi eſt Panticapeis locis ad Phanagoriam propinquiſſimam Aſiæ civitatem, diviſionem inchoant. ad anguſtiſſimum Euripum terminari: illud vero anguſtiæ Aſiam ab Europa ſeparare: ſimul & Tanaim fluvium ab Arcto in paludem ad ſtadia ſexaginta inter ſe diſtantibus alveis erumpi, ac totam circuitio-

cuitionem paludis illius ſtadiis octo millibus conſtare Strabo tradit. Magnam Cherroneſum ſeu Peninſulam ipſi Peloponneſo forma & magnitudine perquam ſimilem eſſe, eam vero totã Boſporanos Principes aſſiduitate bellorum vaſtatam habuiſſe: Illam etiam Boſporanorum Tyrannos parvam quidem Mæotidis ori & Panticapeo adjacentem Theodoſiam uſq; tenuiſſe, plurimam vero partem uſque ad iſthmum ſinumque Carpenoitem Tauros gentẽ Scythicam habuiſſe: Atque ſane etiam oram totam, & aliquid extra iſthmum uſque ad Boryſthenem parvam Scythiam vocatam; propter tranſeuntem vero Tyram fluvium & iſthmum eam terram habitantium, multitudinẽ hujus & partem magnam Scythiam parvam nuncupatam fuiſſe; cum Thraces partim vi, partim malignitate loci (eſt enim plurima paluſtris) eam conceſſiſſent; Strabo memoriæ prodidit. Idem etiam ſubjicit, Cherroneſum ſane in mare vergentem Theodoſiam uſq; in campis frugiferam, non ſic autẽ montanam frumento admodum beatam eſſe. Vbicunque forte foſſore proſciſſa fuerat, modiorum centum & octoginta millia, ducenta vero argenti talenta tributi nomine cũ Aſianis locis Sindicen circumadjacentibus

Mith-

cuitionem paludis illius ſtadiis octo millibus conſtare Strabo tradit. Magnam Cherroneſum ſeu Peninſulam ipſi Peloponneſo forma & magnitudine perquam ſimilem eſſe, eam vero totã Boſporanos Principes aſſiduitate bellorum vaſtatam habuiſſe: Illam etiam Boſporanorum Tyrannos parvam quidem Mæotidis ori & Panticapeo adjacentem Theodoſiam uſq; tenuiſſe, plurimam vero partem uſque ad iſthmum ſinumque Carpenoitem Tauros gentẽ Scythicam habuiſſe: Atque ſane etiam oram totam, & aliquid extra iſthmum uſque ad Boryſthenem parvam Scythiam vocatam; propter tranſeuntem vero Tyram fluvium & iſthmum eam terram habitantium, multitudinẽ hujus & partem magnam Scythiam parvam nuncupatam fuiſſe; cum Thraces partim vi, partim malignitate loci (eſt enim plurima paluſtris) eam conceſſiſſent; Strabo memoriæ prodidit. Idem etiam ſubjicit, Cherroneſum ſane in mare vergentem Theodoſiam uſq; in campis frugiferam, non ſic autẽ montanam frumento admodum beatam eſſe. Vbicunque forte foſſore proſciſſa fuerat, modiorum centum & octoginta millia, ducenta vero argenti talenta tributi nomine cũ Aſianis locis Sindicen circumadjacentibus

Mithridati ſolutos fuiſſe; Græcos frumẽtariorum commeatuum, & è palude ſalſamentaria Leuconem Regem decem ac ducentas modiorum myriadas (eſt autem myrias decem millia continens numerus) à Theodoſia Athenienſibus tranſmiſiſſe, ex Strabone liquet.

Cercum arx & oppidum.

CErcum arx & oppidum Tartaricum Chanorum ditionis obſcurum & humile admodum. in oſtio (ut Strabo vocat) Mæotidis, & ad eam anguſtiam, quam Boſporum Cimmerium ille cognominat ac tumulum Panticapeium, & civitatem ſimul ab eo dictam, ſitum eſt. Ex adverſo oppidi vel arcis illius in ripa altera anguſtiæ illius, quæ amplius unum milliare in latitudinem continetur. Tamanum arx munitiſſima; quam fortaſſe Phanagoriam appellatam eſſe, propinquiſſimam Aſiæ civitatem; à Mileſiis quondam conditam fuiſſe, & emporium in ea nobile extitiſſe Straboni placet. Illæ arces à Genuenſibus quondã excitatæ & munitæ fuiſſe videntur, & non ignobile præſidium ibi illi ſemper habuere. Cercum arx diruta eſt; nam Turcarum Imperator in univerſa Taurica nullam arcem aliam præter Perecopiam ipſam præſidio firmare Tartaro ſeu Chano permittit. Tamanum arcem, quæ

quæ in extremitate Taurica ſita eſt, & Petigorenſium ampliſſimæ provinciæ, quam Colchidem Ptolemæus & Strabo vocitant, jam contigua exiſtit, Seniacus ſeu præfectus ei impoſito præſidio firmo perpetuo eam munivit.

Petigorenſium populi & provincia.

PEtigorenſium provincia, ſeu Colchis, ad mare Caſpium ſeu Hyrcanum uſque extenditur. montibus & ſylvis maximis eſt obnoxia, quæ jam in ea extremitate conſpiciuntur. Gens illa liberrima eſt. Duces habet plurimos & ſtrenuos, quibus ſinguli populi & familiæ obediunt. Ac etiamſi Chriſtianos ſe eſſe profiteantur, & liqueat Genuenſium tempore plurimos illorum Chriſtianos fuiſſe, attamen preſbyteris ac templis deinceps deſtituti, opinionem ſolummodo religionis illi nunc retinent. Pleriqúe illorum majorique ex parte idololatræ inter ſuos rapaces violentique, ſed in peregrinos hoſpitales & liberales ſunt. Parentes quamvis ex inſignioribus vel agreſtioribus illi ſint, liberos proprios, filios in ſervos, filias in uxores Turcis vel Tartaris, nonnulliſque etiam Chriſtianis, ac eos quos inter ſe furtim ſubtrahere illi ſolent, ac extra mare plus quam barbarico more barbaris peregrinis occulte vendunt.

quæ in extremitate Taurica ſita eſt, & Petigorenſium ampliſſimæ provinciæ, quam Colchidem Ptolemæus & Strabo vocitant, jam contigua exiſtit, Seniacus ſeu præfectus ei impoſito præſidio firmo perpetuo eam munivit.

Petigorenſium populi & provincia.

PEtigorenſium provincia, ſeu Colchis, ad mare Caſpium ſeu Hyrcanum uſque extenditur. montibus & ſylvis maximis eſt obnoxia, quæ jam in ea extremitate conſpiciuntur. Gens illa liberrima eſt. Duces habet *plurimos* & *ſtrenuos*, quibus ſinguli populi & familiæ obediunt. Ac etiamſi Chriſtianos ſe eſſe profiteantur, & liqueat Genuenſium tempore plurimos illorum Chriſtianos *fuiſſe*, attamen *preſbyteris ac templis* deinceps deſtituti, opinionem ſolummodo religionis illi nunc retinent. Plerique illorum majorique ex parte idololatræ inter ſuos rapaces violentique, ſed in peregrinos hoſpitales & liberales ſunt. Parentes quamvis ex inſignioribus vel agreſtioribus illi ſint, liberos proprios, filios in ſervos, filias in uxores Turcis vel Tartaris, nonnulliſque etiam Chriſtianis, ac eos quos inter ſe furtim ſubtrahere illi ſolent, ac extra mare plus quam barbarico more barbaris peregrinis occulte vendunt.

Taurica ſeu Peninſulæ locorum & civitatum diſtantia & deſcriptio.

INter Perecopiam, Cremum, & Coſtomam oppida à Septentrione Taurica ſeu Peninſula planiſſima nec admodum montoſa omninoque campeſtris eſt. Solum fertiliſſimum, magnaque ex parte ſaxoſum, aquam vero bonam rariſſimam habet. Attamen fontes ſeu putei altiſſimi mira profunditate & difficultate à veteribus Græcis ſeu populis illis antiquiſſimis & maximis, qui eam Peninſulam ante Græcorum tempora incolebant, quondã exciſi & facti per diverſa loca plurimi reperiuntur. A Perecopia per unum milliare ſtagnum magnum ſale admirabili natura concretum eſt, ex quo puriſſimum & optimum ſal, quaſi glaciale perpetuo colligitur; cæteroſque lacus ſalſos quam plurimos habet. In quibuſdã etiam commodiſſimis & plurimis locis in montibus ac ſylvis arcium, civitatum, templorum monaſteriorumque antiquiſſimæ & maximæ Græcæ ruinæ frequentiſſimæ admodum reperiuntur, quæ quum multo ſæculo habitatoribus caruere, propter antiquitatem temporum cognomina ſua amiſerunt. Vniverſa Taurica ſeu peninſula illa, ab occiduo & ſeptentrione planiſſima & campeſtris eſt; oppida pauciſſima, vicoſque

que plurimos habet; in longitudinem milliaribus ad ſummum quinquaginta protenditur. Verum à meridie & oriente montuoſa & ſylveſtris, montes altiſſimos, ampliſſimos, ſaxoſos, frequentes admodum & admirandos habet, in quibus inter Cremum & Capham auri argentique metalla & ferrum optimum quondam ab incolis repertũ fuiſſe perhibetur. ſolum fertiliſſimum, fluvios, rivos amœniſſimos, piſces, prata, paſcua, feras ſylveſtres plurimas, cervos, capras, apros, urſos, vineas, pomaria, agros, campos, oppida, vicos, pagos, prædia plurima optimaque habet. Taurica ſeu peninſula in latitudinem quibuſdam in locis unius vel alterius diei itineris ſpatio, nonnullis vero in locis unius fere diei ſpatio, in orbem quaſi extenditur.

Taurica, quæ Turcarum Imperatoris ditionis eſt, deſcriptio.

PErecopia & Coſslovia, arcibus oppidiſq; maritimis ac nonnullis oppidis ignobilioribus pauciſq; Chriſtianorum Græcorum pagis exceptis, arces & civitates maritimæ, reliquæ univerſæ peninſulæ, quæ ordine ſuo deſcriptæ ſunt, cum vicis & pagis Chriſtianorum Græcorum plurimis, Imperatoris Turcarum ditionis ſunt, ejuſque Imperio univerſæ patent, firmiſſimoq; præſidio tenentur.

que plurimos habet; in longitudinem milliaribus ad ſummum quinquaginta protenditur. Verum à meridie & oriente montuoſa & ſylveſtris, montes altiſſimos, ampliſſimos, ſaxoſos, frequentes admodum & admirandos habet, in quibus inter Cremum & Capham auri argentique metalla & ferrum optimum quondam ab incolis repertũ fuiſſe perhibetur. ſolum fertiliſſimum, fluvios, rivos amœniſſimos, piſces, prata, paſcua, feras ſylveſtres plurimas, cervos, capras, apros, urſos, vineas, pomaria, agros, campos, oppida, vicos, pagos, prædia plurima optimaque habet. Taurica ſeu peninſula in latitudinem quibuſdam in locis unius vel alterius diei itineris ſpatio, nonnullis vero in locis unius fere diei ſpatio, in orbem quaſi extenditur.

Taurica, quæ Turcarum Imperatoris ditionis eſt, deſcriptio.

PErecopia & Coſslovia, arcibus oppidiſq; maritimis ac nonnullis oppidis ignobilioribus pauciſq; Chriſtianorum Græcorum pagis exceptis, arces & civitates maritimæ, reliquæ univerſæ peninſulæ, quæ ordine ſuo deſcriptæ ſunt, cum vicis & pagis Chriſtianorum Græcorum plurimis, Imperatoris Turcarum ditionis ſunt, ejuſque Imperiò univerſæ parent, firmiſſimoq; præſidio tenentur.

Peninſula, quæ ab oriente & meridie à Perecopia media eſt, hyemem placidiſſimam & aërem temperatiſſimum habet. Nam in fine Decembr. hyemis initium, in medio vero Februario hyemis aſperitas, quæ magis nivoſa, nec tamen integro triduo illa magis durat, quam frigida & gelu conſtãs eſt. Nec diutius quam ad initium Martii illa durat. Sub initium itaque veris, & in autumno, fere calidior aër peſtilens plerumq; efficitur.

Camporum diſtantia & deſcriptio.

BRatiſlavia, Saurãméſes, Oczacovienſes & Bialodogrodenſes campi inter Hypanim ſeu Bogum, Tyram ſeu Neſtrum fluvios conſiſtunt. A ſeptentrione verſus Neprum ſeu Boryſthenem ac Bogum aliqua ex parte plani & campeſtres, verum ab Occiduo verſus Neſtrum & Prutum ſive Hieraſum flu. magis ſylvoſi & montoſi ſunt. Podolia, Camenecia, & Moldavia inter Neſtrum & Prutum flu. mediæ Tachmiæ & Bialogrodo, quod ad lacum Vidovo ſeu Obidovo & mare Euxinum eſt, confinis; ab Occiduo campis & mari Euxino, à Meridie Bialogrodo Kibiæ & Danubio fluvio ubique vicina eſt. Oczacovia à ſeptentrione Boryſthenem, in quem Bogus ibidé exoneratur, campoſque ampliſſimos, à meridie mare Euxinum, & Berezaniam lacum ſalſum

&

& reſtagnantem, ab occiduo Neſtrum fluvium proximum habet.

Continentis diſtantia & deſcriptio.

DEinceps vero continens ille, qui eſt extra Oczacoviam & Boryſthenem in formam inſulæ, quaſi inter Boryſthenem, Mæotim paludem, & pontum Euxinum, ab occiduo Boryſthenem habet, à ſeptentrione Tanaim ſeu Donum fluvios, ab oriente vero Mæotidé paludem & Tauricam ſeu Peninſulam, à meridie mare Euxinum, ac illum iſthmum ſeu continentem: extra Oczacoviam vero & Boryſthenem Perecopiam uſque quibuſdam in locis continens ille eſt anguſtiſſimus: verum extra Perecopiam ad Oſſovum arcem, quæ ad Tanaim eſt, ampliſſimus, ſolo fertiliſſimus, ac univerſus campeſtris & planiſſimus eſt: etenim in iſthmo illo univerſi ferè Perecopienſes & Oſſovenſes Tartari pecora & animalia ſua paſcunt, ac in eo per æſtatem & autumnum degunt. Continens ille ſeu iſthmus ab Oczacovia uſq; ad Oſſovum (nam ibi terminatur) in longitudinem, quantum ex diætis Tartarorum patet, milliaribus amplius centum conſtat: in latitudinem autem non pari modo protenditur; nam tam extra Perecopiam, quam ad Oczacoviam vel Boryſthenem latior eſt.

& reſtagnantem, ab occiduo Neſtrum fluvium proximum habet.

Continentis diſtantia & deſcriptio.

DEinceps vero continens ille, qui eſt extra Oczacoviam & Boryſthenem in formam inſulæ, quaſi inter Boryſthenem, Mæotim paludem, & pontum Euxinum, ab occiduo Boryſthenem habet, à ſeptentrione Tanaim ſeu Donum fluvios, ab oriente vero Mæotidé paludem & Tauricam ſeu Peninſulam, à meridie mare Euxinum, ac illum iſthmum ſeu continentem: extra Oczacoviam vero & Boryſthenem Perecopiam uſque quibuſdam in locis continens ille eſt anguſtiſſimus: verum extra Perecopiam ad Oſſovum arcem, quæ ad Tanaim eſt, ampliſſimus, ſolo fertiliſſimus, ac univerſus campeſtris & planiſſimus eſt: etenim in iſthmo illo univerſi ferè Perecopienſes & Oſſovenſes Tartari pecora & animalia ſua paſcunt, ac in eo per æſtatem & autumnum degunt. Continens ille ſeu iſthmus ab Oczacovia uſq; ad Oſſovum (nam ibi terminatur) in longitudinem, quantum ex diætis Tartarorum patet, milliaribus amplius centum conſtat: in latitudinem autem non pari modo protenditur; nam tam extra Perecopiam, quam ad Oczacoviam vel Boryſthenem latior eſt.

Perecopenſium Tartarorum deſcriptio, & in Tauricam ingreſſus.

TAuricani vel Cherſoneſii, qui nunc Perecopenſes vel Crimenſes Tartari dicuntur, Iavolgenſes à Rha ſeu Volga fluvio orti & appellati fuiſſe ex vetuſtiſſimis Scytharum ſcriptoribus certo videntur. Porro inter celebratiſſimos, altiſſimos & maximos Tanaim ſeu Donũ &Boryſthenem ſeptentrionis fluvios,in campos paulatim progreſſos fuiſſe, ab annis vero centum ſexaginta vel paulo amplius in Tauricam ſeu peninſulam eos perveniſſe manifeſte apparet.

Chanorum & Ducum eorum genus & cognomina.

CHanorum vel Principum Tartarorum illorum Cyngiſſonum genus antiquitus nuncupatum fuit, ex quo Lochtonus quiſpiamChanus,à quo univerſi Chani ortum trahunt. Ille primus Tauricæ vel Cherſoneſi in Taurica ſeu Peninſula Imperator extitit. Sirinenſes, Bachinienſes, Mangutenſes, cæteroſque Kivazios vel Duces, (ex quibus Cajacei, qui Chanorum conſiliarii & præcipui officiales ſunt, procreantur, eorumque filiæ vel ſorores eis nubunt) Vlanos, (qui ex Chanorum ſanguine antiquitus orti ſunt, ac, ſi Chanorum legitima & ultima poſteritas defecerit, in principatu ſucceduntu) Murios vel nobiliores ſingulorum, (eorum poſteritas & nunc etiam manet) cæteroſque Tartaros bellicoſiſſimos, ad aliquot dena millia in comitatu eum certo habuiſſe, ac in Tauricam ſeu Peninſulam cum eo migraviſſe veriſſimum eſt.

Chani Tauricanum regnum occupant.

DVces Græcos, qui Mancopiæ & Ingermeni, ac Italos Genuenſes, qui Iamboldi & Caphæ incolebant,tum populos in Peninſula reliquos invenerat, cum quibus amicitiam, pacem & pacta donec à Turcis devicti belloque attriti illi fuere, Chanorum prædeceſſores incorrupte & conſtanter coluere, & mo-netam multis annis communem, quam ego vidi, habuere.

Imperator Turcarum Tauricanos Tartaros ſubjugat.

ENimvero Selymus Turcarum Imperator populis illis debellatis, arcibus & civitatibus ferè univerſis Peninſulæ maritimæ ereptis & occupatisMechmet Gereium Chanum ad imperium ſuum adegit, ſubjugavitque: illum Sachmates Iavolgentium Tartarorum princeps inſigni & memorabili ſtrage delero centum millium ejus exercitu profligavit. Ex quo ſummum Turcarum imperium Chani agnoſcunt. Tauricæ ſeu peninſulæ

tu ſuccedunt) Murios vel nobiliores ſingulorum, (eorum poſteritas & nunc etiam manet) cæteroſque Tartaros bellicoſiſſimos, ad aliquot dena millia in comitatu eum certo habuiſſe, ac in Tauricam ſeu Peninſulam cum eo migraviſſe veriſſimum eſt.

Chani Tauricanum regnum occupant.

DVces Græcos, qui Mancopiæ & Ingermeni, ac Italos Genuenſes, qui Iamboldi & Caphæ incolebant, tum populos in Peninſula reliquos invenerat, cum quibus amicitiam, pacem & pacta donec à Turcis devicti belloque attriti illi fuere, Chanorum prædeceſſores incorrupte & conſtanter coluere, & monetam multis annis communem, quam ego vidi, habuere.

Imperator Turcarum Tauricanos Tartaros ſubjugat.

ENimvero Selymus Turcarum Imperator populis illis debellatis, arcibus & civitatibus ferè univerſis Peninſulæ maritimæ ereptis & occupatis Mechmet Gereium Chanum ad imperium ſuum adegit, ſubjugavitque: illum Sachmates Iavolgentium Tartarorum princeps inſigni & memorabili ſtrage deleto centum millium ejus exercitu profligavit. Ex quo ſummum Turcarum imperium Chani agnoſcunt. Tauricæ ſeu peninſulæ

ſulæ Tartarorum Reguli ſeu Principes
ab eis conſtituuntur, vexillum accipiunt,
& filios vel fratres Soldanos in
obſides perpetuos Turcis dant.

*Succeſſorem perpetuum regni
Tartari eligunt.*

VErumtamen antiquiſſimo gentis
more Galgam ſeu imperii ſucceſſorē
(Galli Delphinos itidem) præficiunt fratrem
vel filium natu maximum magiſque
idoneum, penes quem in pace belloque
ſumma poteſtas eſt; verum cum
conſenſu inſigniorum Tartarorū Chani
ipſi perpetuum eligunt & præficiunt.
Quod ſi etiam inter Soldanos vel Chanum
ipſum diſſenſio vel bellum aliquod
pro imperio exoritur, Turcarum
Imperator Sultanorum obſidem cum
exercitu & vexillo in Tauricam ſeu peninſulam
expedire non negligit: Chano
Sultaniſque bello ſedatis & pulſis in
Principem ſufficit; quapropter Ianizeros
plurimos in Taurica ſeu Peninſula perpetuo
ille alit.

Antiqua Chanorum electio.

CHanorum electio pro antiquo gentis
more liberis Ducum Murzonū eximiorumq;
Tartarorum quondam vocibus
conſtabat. Porro propter frequentiſſimas
illorum diſſenſiones, maximaq;
bella, quæ à Nogaienſibus Tauricæ ſeu
penin-

peninſulæ vicinioribus Tartaris pro imperio
ab eis mota ſæpius fuere, Sachibgiereius
& Deuletigereius, Chani inſignioribus
potentioribuſque Tartaris è
medio dolo ſublatis, & in vincula compactis,
ad ſe poſteritatemque ſuam electionem
pertrahere, abſoluteque, Imperatore
Turcarū eos juvante & confirmante,
Tartaris dominari cœperunt.

*Chanorum in Soldanos fratres naturales
tyrannis.*

QVod ſi vero non fratrem, ſed proprium
filium, ut plurimum contingit,
in Galgatu Chanus conſtituere voluerit,
propter ſeditiones illas, mutuasque
inter ſe cædes, Soldanos fratres univerſos
dolo & arte circumventos clam
è medio tollit, plerique tamen illorum
ad Turcam, à quo benigne accipiuntur,
& conſolantur, confugiunt, ac ab eo
ſtipendium perpetuum habent.

*Soldanorum apud Tartaros curatio
& proviſio.*

SOldani Chanorum filii minorennes à
Tartaris vel Murzis inſignioribus educantur,
& curantur, ne cum adoleverint
propter illorum pluralitatem diſſenſiones
aut bella aliqua moveantur: Singuli
enim Chani ſummum agnoſcunt imperium,
& cum adoleverint, idonei certis
Tartarorum turmis præficiuntur, pluri-

mosque

peninſulæ vicinioribus Tartaris pro imperio ab eis mota ſæpius fuere, Sachibgiereius & Deuletigereius, Chani inſignioribus potentioribuſque Tartaris è medio dolo ſublatis, & in vincula compactis, ad ſe poſteritatemque ſuam electionem pertrahere, abſoluteque, Imperatore Turcarũ eos juvante & confirmante, Tartaris dominari cœperunt.

Chanorum in Soldanos fratres naturales tyrannis.

QVod ſi vero non fratrem, ſed proprium filium, ut plurimum contingit, in Galgatu Chanus conſtituere voluerit, propter ſeditiones illas, mutuasque inter ſe cædes, Soldanos fratres univerſos dolo & arte circumventos clam è medio tollit, plerique tamen illorum ad Turcam, à quo benigne accipiuntur, & conſolantur, confugiunt, ac ab eo ſtipendium perpetuum habent.

Soldanorum apud Tartaros curatio & proviſio.

SOldani Chanorum filii minorennes à Tartaris vel Murzis inſignioribus educantur, & curantur, ne cum adoleverint propter illorum pluralitatem diſſenſiones aut bella aliqua moveantur: Singuli enim Chani ſummum agnoſcunt imperium, & cum adoleverint, idonei certis Tartarorum turmis præficiuntur, plurimosque

moſque Tartaros voluntarios ad ſe pertrahunt, pleroſq; tamen parentes eorũ, quos chariores magiſq; idoneos putaverint, Nogaienſibus Tartaris præficiunt, pecuniis & equis remunerant. Nonnunquam etiam inſidiarum inter ſe vel ſeditionum metu, curatorum tamen favore adjuti, ad viciniores gentis ſuæ vel Chriſtianos Principes confugiunt.

Chanorum conſiliarii & aulici perpetui.

CONſiliarios Attalicos, quos à curatione fœminarum, parentũ vel uxorum ſuarum ita illi vocant, à quibus Soltani illi perpetuo ex ephebis etiam educantur & curantur; Hamiatos, qui Principum peregrinorum fautores vel negotiorum promotores apud illum ſunt; ac officiales etiam Curenſes Chanus perpetuos habet. In primis vero Duces, Coraceios, Vlanos & Murzas inſigniores in negotiis gravioribus ad conſilia ſemper adhibet, & ad ſe convocat. Aulæ miniſtros præcipuos & idoneos viros, quorum in legationibus aliiſq; diverſis negotiis neceſſariis & ſervitiis ſuis opera utitur, qui in Conſiliarios & officiales Curiales promoventur, ille habet. Illos etiam qui ex inſigniori & nobiliori Tartarica juventute delecti ſunt, menſibusque alternis in aula ejus verſantur, & cum idonei efficiuntur, iiſdem dignitatibus

tibus honorantur, perpetuo alit. Attamen Cerceſiis Nogaienſibus & Petigorenſibus, qui nimium induſtrii, robuſti, audaces, & in bellũ promptiſſimi ſunt, in primis & plurimum ille delectatur. Præcipuis dona honoraria & ſtipendia annua ille elargitur, ac eorum aula ejus non raro frequentior eſſe ſolet. In aula Principis inſigniores Tartari & nobiliores non ad faſtum vel ſuperfluum luxum, verum pro neceſſitate & honeſtate ſatis ſplendidi & civiles ſunt. Etenim ignavia & incuria, in primis vero in Deum, impietate viciniorũ Chriſtianorum populorum, celeberrimis incurſionibus & bellis adeo ditati, opimiſq; ſpoliis referti ſunt, ut eximiores & nobiliores privatis opibus & ſplendore domeſtico, quem illi habent, non admodum Turcis impares eſſe poſſint. Fœminas Mahometica lege quot poſſunt & volunt alunt, & in uxores à Petigorenſibus plerumque emunt; quas etſi non ſuperbe, verum ſatis pro gentis more culte & civiliter, cum quibus vero prolem habent, quam honorifice & ſplendide ſuſtentant, & curant. Liberos filios à prima ætate Arabicis literis inſtituendos, filias vero non domi alunt, verum propinquioribus ſanguine curandas illi tradunt. Filios adultos Chano vel Soltanis

in

tibus honorantur, perpetuo alit. Attamen Cerceſiis Nogaienſibus & Petigorenſibus, qui nimium induſtrii, robuſti, audaces, & in bellũ promptiſſimi ſunt, in primis & plurimum ille delectatur. Præcipuis dona honoraria & ſtipendia annua ille elargitur, ac eorum aula ejus non raro frequentior eſſe ſolet. In aula Principis inſigniores Tartari & nobiliores non ad faſtum vel ſuperfluum luxum, verum pro neceſſitate & honeſtate ſatis ſplendidi & civiles ſunt. Etenim ignavia & incuria, in primis vero in Deum, impietate viciniorũ Chriſtianorum populorum, celeberrimis incurſionibus & bellis adeo ditati, opimiſq; ſpoliis referti ſunt, ut eximiores & nobiliores privatis opibus & ſplendore domeſtico, quem illi habent, non admodum Turcis impares eſſe poſſint. Fœminas Mahometica lege quot poſſunt & volunt alunt, & in uxores à Petigorenſibus plerumque emunt; quas etſi non ſuperbe, verum ſatis pro gentis more culte & civiliter, cum quibus vero prolem habent, quam honorifice & ſplendide ſuſtentant, & curant. Liberos filios à prima ætate Arabicis literis inſtituendos, filias vero non domi alunt, verum propinquioribus ſanguine curandas illi tradunt. Filios adultos Chano vel Soltanis-

in miniſterium, filias nubiles inſignioribus ac nobilioribus Tartaris vel Turcis in matrimonium collocant.

Religio Tartarica.

TArtari illi Mahometani ſunt; preſbyteros & templa Mahometica habent; literis Chaldaicis vel Arabicis à Turcis paulo corruptioribus vel rudioribus illi utuntur, etſi antequam in Tauricam ſeu peninſulam venerant, moribus multo agreſtioribus gens ea fera & campeſtris, quod nunc etiam ex agreſtioribus manifeſte apparet, fuiſſe videntur: nam illis Mahometicis legibus, juribus, litteris & moribus illa tum prorſus caruit. Enimvero à Turcis humanitatem & falſum illum cultum Tartari edocti majori nunc ex parte hoſpitalitatem nobiliores colunt.

Legum ſeveritas.

IVs vel juſtitia Mahometica lege apud Tartaros adminiſtratur in civitatibus vel oppidis Chani, & reliquorum Soldanorum. Preſbyterii Cadii vel Iudices in pagis; Begi vel præfecti, qui injurias particulares audiunt & decidunt, perpetui habentur. Verumtamen capitis, ſanguinis, furti, quas criminales, fundi, quas civiles ſeu officii cauſas nos dicimus, Chanus ipſe cum Conſiliariis ſuis decernit. In quibus exponēdis cauſidico opus

opus non habent; ſubtilitatibus juris, calumniis, excuſationibus, nec dilationibus utuntur. Extremæ enim conditionis Tartari vel peregrini homines coram judicibus & Chano ipſo, à quo ſemper audiuntur, & celeriter expediuntur, injurias ſuas ipſi per ſe libere admodum exponunt; univerſis enim ſemper ad illum aditus patet. Cum in publicum exit, miſerrimæ ſortis homines non excluduntur, à Chano vero conſpecti examinantur, videlicet ut ſiquid opus habeant referant. Nam non ſolum legibus obedientiam magnam illi præſtant. Principes ſuos Deorum loco ipſi adorant, & venerantur. Iudices pro lege ſua Mahometana perpetui ſpirituales pro Divis, indubitatæque omnis æquitatis & integritatis fidei & opinionis viris integros habentur. Principes & Magiſtratus imperata & juſſa fideliſſime cum alacritate, promptitudine, ingentique metu quam celerrime exequuntur, & expediunt. A controverſiis, criminationibus, juridicis objurgationibus minus neceſſariis & particularibus, invidia, odio, tetris exceſſibus, omni luxu & ambitione, in victu & amictu prorſus alieni ſunt. Menſibus amplius novem ibi ergo manſi, nec audivi prorſus aliquem actum criminalem, nec civilem inter

eos

opus non habent; ſubtilitatibus juris, calumniis, excuſationibus, nec dilationibus utuntur. Extremæ enim conditionis Tartari vel peregrini homines coram judicibus & Chano ipſo, à quo ſemper audiuntur, & celeriter expediuntur, injurias ſuas ipſi per ſe libere admodum exponunt; univerſis enim ſemper ad illum aditus patet. Cum in publicum exit, miſerrimæ ſortis homines non excluduntur, à Chano vero conſpecti examinantur, videlicet ut ſiquid opus habeant referant. Nam non ſolum legibus obedientiam magnam illi præſtant. Principes ſuos Deorum loco ipſi adorant, & venerantur. Iudices pro lege ſua Mahometana perpetui ſpirituales pro Divis, indubitatæque omnis æquitatis & integritatis fidei & opinionis viris inter illos habentur. Principes & Magiſtratus imperata & juſſa fideliſſime cum alacritate, promptitudine, ingentique metu quam celerrime exequuntur, & expediunt. A controverſiis, criminationibus, juridicis objurgationibus minus neceſſariis & particularibus, invidia, odio, tetris exceſſibus, omni luxu & ambitione, in victu & amictu prorſus alieni ſunt. Menſibus amplius novem ibi ego manſi, nec audivi prorſus aliquem actum criminalem, nec civilem inter

T eos

eos contigiſſe, nec inimicitiarum cauſa compoſitionem aliquam obtigiſſe.

Tartarorum in aula Chani & inter ſuos ſecuritas.

IN aula Principis nec inter ſuos gladios, arcus, nec alia aliqua arma illi geſtant, exceptis viatoribus vel peregrinis iter facientibus, in quos admodum humani & hoſpitales ſunt. Illi à prædonibus ſemper ſecuri: verum à latronibus vel furibus noctu, qui nihil quicquam aliud præter equos illis furantur, niſi perpetuas excubias agant, minus tuti eſſe ſolent.

Tartarorum rei familiaris, victus, & manendi ratio.

REm familiarem, etiamſi ſolum fertile illi habent, nobiliores & agreſtiores tamen, iique pauci curant; plurimi etiam agros non colunt, nec ſerunt: equis, camelis, bobus, vaccis, pecoribus & ovibus abundant, ac inde victitant. Nobiliores tamen panem, carnes, cibum, vinum crematum & mulſum potum habent; agreſtiores vero pane carent, verum milio concuſſo, lacte & aqua diluto, quem *caſſa* vulgo nominãt, pro cibo; pro potu lacte equino & caſeo utuntur. Camelos, equos, & boves oneri inutiles vel jam moribundos jugulant, ac ovium carnibus non raro veſcuntur.

Nobiliores non in campis, verum in Tauricæ ſeu peninſulæ pagis, qui in ſylvis proximi ſunt, habitant. etſi pagos proprios plurimi non poſſident: attamen agros & fundos proprios ibi habent. Quos Vngarorum, Ruſſorum, Moſcorum, Valachorum ſeu Moldavorum mancipiis, quibus abundant, colunt, ac ut jumentis ad opus omne utuntur. Ædificia & domus ligneas ſimiles admodum Turcico mori ædificant: Verum Græci Chriſtiani, qui in paucis villis ſunt, ut mancipia operantur & agros colunt: Tartari autem Chano, vel inſignioribus Tartaris, ut tantum victum habeant, & veſtiantur, nullo pretio conducti inſerviunt: Cæteri vero, iique plurimi, ſemper otioſi ſunt. In civitatibus vel oppidis pauci admodum mercantur: mechanicas autem artes rariſſimi exercent; & quicunque mercatores vel artifices ibi reperiuntur, vel Chriſtianorum mancipia, vel Turcæ, Armeni, Iudæi, Cerceſſi, Petigorenſes, qui Chriſtiani ſunt, Phyliſtini vel Cyngani, obſcuræ & extremæ conditionis homines ſunt. Tartari illi, qui in campis extra Perecopiam vel in peninſula degunt, ſylvas nullas, fontes quos ubique locorum mancipia illorum excavant, ligna ex pecorum ſtercoribus, quæ mancipia in campis le-

Nobiliores non in campis, verum in Tauricæ ſeu peninſulæ pagis, qui in ſylvis proximi ſunt, habitant. etſi pagos proprios plurimi non poſſident: attamen agros & fundos proprios ibi habent. Quos Vngarorum, Ruſſorum, Moſcorum, Valachorum ſeu Moldavorum mancipiis, quibus abundant, colunt, ac ut jumentis ad opus omne utuntur. Ædificia & domus ligneas ſimiles admodum Turcico mori ædificant: Verum Græci Chriſtiani, qui in paucis villis ſunt, ut mancipia operantur & agros colunt: Tartari autem Chano, vel inſignioribus Tartaris, ut tantum victum habeant, & veſtiantur, nullo pretio conducti inſerviunt: Cæteri vero, iique plurimi, ſemper otioſi ſunt. In civitatibus vel oppidis pauci admodum mercantur: mechanicas autem artes rariſſimi exercent; & quicunque mercatores vel artifices ibi reperiuntur, vel Chriſtianorum mancipia, vel Turcæ, Armeni, Iudæi, Cerceſii, Petigorenſes, qui Chriſtiani ſunt, Phyliſtini vel Cyngani, obſcuræ & extremæ conditionis homines ſunt. Tartari illi, qui in campis extra Perecopiam vel in peninſula degunt, ſylvas nullas, fontes quos ubique locorum mancipia illorum excavant, ligna ex pecorum ſtercoribus, quæ mancipia in campis le-

gunt, & in ſole ſiccant, & domus eas, quarum in ſuperiori deſcriptione mentio fuit, habent. Tartari illi Chanorum Soltanorum, cæterorumq; inſigniorum Tartarorum ſervi vel ſubditi, ſunt mancipia; & greges animalium innumerabiles dominorum ſuorum ſemper procurant & paſcunt, ac etiamſi de loco ad locum in campos & paſcua ſemper vicatim vel pagatim progrediuntur, villis, vel pagis aut turmis ſingulis, quarum cognomina & dominorum eorum præfecti habentur, procedunt, ut quos Tartaros captivorum cauſa noſtri requiſiverunt, facile eos ibi inveniant.

Donativum Chani, & Legatorum Principum apud eum ratio.

DOnativum annuum à Rege Poloniæ, magno Ducatu Lituaniæ, Moſcorum duce, Palatino Moldaviæ, & CerceſiisNogaienſibusTartaris ex pactis & fœderibus Chanus perpetuum habet. Legati, Oratores, Nuntii & Internuntii Principum eorum annis ſingulis ad eum veniunt, quos nonnunquam humanius & liberalius, aliquando vero plus quam Barbarico more excipit, violat, diutiuſve detinet. Cum itaq; Perecopiam veniunt, unicus Chani homo eis obviam venit, æſtate in pratum vel campum, in quo ſub tentorio quieſcunt: Hieme vero in pagum

pagum Almæ vel Bachaſanii oppido Regiæ ejus vicinum ſecurius, quam honeſtius & commodius deducuntur. Poſtquam vero eò diverterint, per Conſiliarios vel Aulæ miniſtros nomine Chani ſalutantur; commeatu vel victualibus, bobus duobus, vel uno, ovibus aliquot, panibus, vino ac hordeo, non pro liberalitate, ſed hoſpitalitate quadam, ac pro una vice tamen ſatis moderate procurant. Cum autem ad Chanum vocantur, Soldanis, Tuianis, Vlanis, Marzis, Conſiliariis primoribus, cæteriſq; quamplurimis aulæ miniſtris & inſignioribus Tartaris præſentibus eos audit: per unicum tantum hominem ad Chani fores deducuntur, per Conſiliarios vero duos introducuntur. Cum itaque introducti fuerint, antiquo gentis more Chanum illi adorant, illoque ſalutato genibus flexis exponunt, in ejusque convivium adhibentur. Poculis vel crateris deauratis & gemmis diſtenſis mulſo impletis de more gentis in ſignum clementiæ & benevolentiæ manu Chani porrectis, quos genibus flexis ebibunt, honorantur. Et cum expediuntur, in convivium eos Chanus iterum adhibet. Convivio itaq; peracto parum ante fores ſecedunt ejus palatii. Veſtibus ſericis auro intextis uſque ad talos de more gentis compara-

pagum Almæ vel Bachaſanii oppido Regiæ ejus vicinum ſecurius, quam honeſtius & commodius deducuntur. Poſtquam vero eò diverterint, per Conſiliarios vel Aulæ miniſtros nomine Chani ſalutantur; commeatu vel victualibus, bobus duobus, vel uno, ovibus aliquot, panibus, vino ac hordeo, non pro liberalitate, ſed hoſpitalitate quadam, ac pro una vice tamen ſatis moderate procurant. Cum autem ad Chanum vocantur, Soldanis, Tuianis, Vlanis, Marzis, Conſiliariis primoribus, cæteriſq; quamplurimis aulæ miniſtris & inſignioribus Tartaris præſentibus eos audit: per unicum tantum hominem ad Chani fores deducuntur, per Conſiliarios vero duos introducuntur. Cum itaque introducti fuerint, antiquo gentis more Chanum illi adorant, illoque ſalutato genibus flexis exponunt, in ejusque convivium adhibentur. Poculis vel crateris deauratis & gemmis diſtenſis mulſo impletis de more gentis in ſignum clementiæ & benevolentiæ manu Chani porrectis, quos genibus flexis ebibunt, honorantur. Et cum expediuntur, in convivium eos Chanus iterum adhibet. Convivio itaq; peracto parum ante fores ſecedunt ejus palatii. Veſtibus ſericis auro intextis uſque ad talos de more gentis compara-

tis, equo uno vel duobus non raro etiam captivis gentis eorum hominibus remunerantur. Ac ita veſtibus amicti ad Chanum iterum redeunt, pro hoſpitalitate & liberalitate gratias ei referunt, & ſalutato illo ex convivio diſcedunt. A Chani unico homine commeatus exiguus in ditionibus ejus cũ iter arripuerint non raro illis procuratur, & ad Boryſthenem uſque ab illo deducuntur.

Chani in Tauricam ſumma poteſtas & reditus.

TVrcarum Imperatores eam poteſtatem perpetuam Chano in Taurica ſeu peninſula fecerunt, ut cum Caphenſis Baſſa vel Seniacus moritur, univerſas in peninſula ditiones illi adminiſtret, donec Seniacum alterum Turca eo miſerit, vel, quem ille promovebit, Caphæ præfecerit. Perecopiæ, Coſsloviæ, Caphæ, ac aliis, quæ Turcarum ditionis ſunt, Tauricæ *ſeu* peninſulæ civitatibus Chanus telonium commune cum Turca habet. Contributionem à Tartaris, Armenis, Iudæis, Cerceſiis, Petigorenſibus & Græcis Chriſtianis, quos ditionis ſuæ paucos admodũ habet, Turcis tantum exceptis, exigit in annum: diebus ſingulis Chano taleri viginti quinque; Galgæ taleri duodecim cum medio; Soltano obſidi taleri duo cum medio, ex

Turcico ærario in ſtipendium perpetuum numerantur, ac eidem obſidi pagi & agri ampliſſimi ad Adrianopolim lanbolu dicti à Turca conceduntur. Ducibus Caiaceis, Vlanis, Murzis, ac cæteris quam plurimis qui merentur, & pro ſingulorum conditione, ſtipendia perpetua dantur. Verumtamen captivos bello captos utriuſque ſexus, pelles nobiliores ſeu pretioſiores ac viliores, butyrum, ſal, quo in Taurica ſeu peninſula ille plurimum abundat, Imperatori Turcarum annis ſingulis Chanus perpetuo pendit. Ac in quodcunque bellum miſſus vel vocatus fuerit, illud detrectare, nec cuipiam alii præter Moſcorum Ducem Imperatore Turcarum inſcio & invito bellum inferre poteſt. Reditus annuos pecuniarios è captivis inſignioribus bello acquiſitis aureos tres, à tenuioribus talerum unum, eorumque decimam, à fontibus vero ſingulis, qui in Tauricæ ſeu peninſulæ campis ditionis ejus plurimi admodum ſunt, equum unum à Tartaris Chanus exigit, aut urgente etiam neceſſitate aliqua contributionem certam univerſi Tartari Chano decernunt, nunquam tamen illis oneroſus eſt. Inſigniores Tartari diverſi generis alimoniam (nam ei non colitur nec ſeritur domi, & bello etiam) Chano

Turcico ærario in ſtipendium perpetuum numerantur, ac eidem obſidi pagi & agri ampliſſimi ad Adrianopolim Ianbolu dicti à Turca conceduntur. Ducibus Caiaceis, Vlanis, Murzis, ac cæteris quam plurimis qui merentur, & pro ſingulorum conditione, ſtipendia perpetua dantur. Verumtamen captivos bello captos utriuſque ſexus, pelles nobiliores ſeu pretioſiores ac viliores, butyrum, ſal, quo in Taurica ſeu peninſula ille plurimum abundat, Imperatori Turcarum annis ſingulis Chanus perpetuo pendit. Ac in quodcunque bellum miſſus vel vocatus fuerit, illud detrectare, nec cuipiam alii præter Moſcorum Ducem Imperatore Turcarum inſcio & invito bellum inferre poteſt. Reditus annuos pecuniarios è captivis inſigniorибus bello acquiſitis aureos tres, à tenuioribus talerum unum, eorumque decimam, à fontibus vero ſingulis, qui in Tauricæ ſeu peninſulæ campis ditionis ejus plurimi admodum ſunt, equum unum à Tartaris Chanus exigit, aut urgente etiam neceſſitate aliqua contributionem certam univerſi Tartari Chano decernunt, nunquam tamen illis oneroſus eſt. Inſigniores Tartari diverſi generis alimoniam (nam ei non colitur nec ſeritur domi, & bello etiam) Chano

ſemper præbent: equorum, camelorum, boum, ac ovium infinitos greges proprios ille ſemper habet. Monetam propriam habet, cupream vilem, quæ in oppido ditionis ejus Crimo cuditur, nummos rotundos, quorum deni aſpra argentea Turcica, quæ groſſum unum vel minus Polonicum efficit, æſtimantur. Me autem præſente cudebantur nummi cuprei deargentati majores, qui aſpris quinque computabantur. In cudenda ea commodum ſeu quæſtum uberrimum habet; nam tribus vel quatuor annis ex eadem moneta, quæ in officinam monetariam ab univerſis importatur Tartaris, vel peregrinis, moneta nova inventa perpetuo cuditur. Etenim in univerſa Taurica ſeu peninſula illa nemini licitum eſt Tartaro vel peregrino etiam in Turcarum ditionis civitatibus ſub capitali pœna bonorumque confiſcatione, cujuſve conditionis ille eſſet, aureum nummum Turcicum, vel peregrinorum talerum, vel aſpram argenteam Turcicam valore alio in nummos Tartaricos computare. Nec moneta aurea vel argentea, verum Tartarica, mercari: quam univerſi peregrini, nullis exceptis, Chani edicto, perpetuo accipiunt.

Cha-

Chanorum & Tartarorum expeditio bellica.

CVm Chanus in bellum aliquod deſcenſurus eſt, in primis Tartaris univerſis ditionum ſuarum per aulæ miniſtros ſignificat, ac ut tribus vel ad ſummum ſeptimanis quatuor ad bellum ſeſe expediant, & in menſes tres vel quatuor commeatum ſibi curent imperat. Alimonia illa in ſaccis è corio factis: illi ſacci apud inſigniores in equis portantur. Ac ejus generis alimoniam ſecum ferunt: Milium igne ſiccum, vel aſſum contuſum, vel emollitum (nam & molendina illi habent) ac inde cibum vel potum aqua dilutum plerique conficiunt. Caſeum & carnes diverſi generis, & equinas fumatas, in ſole coctas, vel ſiccas, eas fruſtillatim ſcindunt, & oſſibus abjectis in ſaccis condunt. Equarum caſeo, lacte, & acetoſo lacte, quod illi arte quadam condientes eximium habent obſonium, victitant. Quam ob cauſam à quodam Poëta omnes ejus tractus incolas Galactophagos quondam appellatos fuiſſe apud Strabonem reperio. Chanus unum tantum currum propter aliquem morbi caſum ſecum habet. Camelos etiam paucos, in quibus pro perſona ſua vinum crematum, vel aliquod parvum obſonium,

T 5

Chanorum & Tartarorum expeditio bellica.

CVm Chanus in bellum aliquod deſcenſurus eſt, in primis Tartaris univerſis ditionum ſuarum per aulæ miniſtros ſignificat, ac ut tribus vel ad ſummum ſeptimanis quatuor ad bellum ſeſe expediant, & in menſes tres vel quatuor commeatum ſibi curent imperat. Alimonia illa in ſaccis è corio factis: illi ſacci apud inſigniores in equis portantur. Ac ejus generis alimoniam ſecum ferunt: Milium igne ſiccum, vel aſſum contuſum, vel emollitum (nam & molendina illi habent) ac inde cibum vel potum aqua dilutum plerique conficiunt. Caſeum & carnes diverſi generis, & equinas fumatas, in ſole coctas, vel ſiccas, eas *fruſtillatim ſcindunt*, & oſſibus abjectis in ſaccis condunt. Equarum caſeo, lacte, & acetoſo lacte, quod illi arte quadam condientes eximium habent obſonium, victitant. Quam ob cauſam à quodam Poëta omnes ejus tractus incolas Galactophagos quondam appellatos fuiſſe apud Strabonem reperio. Chanus unum tantum currum propter aliquem morbi caſum ſecum habet. Camelos etiam paucos, in quibus pro perſona ſua vinum crematum, vel aliquod parvum obſonium,

quo ille facile contentus eſt, portatur. Cæterum Tartari ſigillatim cibum ei & aulicis ejus apponunt; inſigniores iique pauci admodum Tartari panis ſicci, vinique cremati modicum, in camelis vel in curribus levioribus non raro vehunt.

Chanorum & Tartarorum in bellum exeundi modus.

POſtquam vero expeditionem in bellum Chanus decreverit, exercitatos aliquot juſto numero, eoſque Tartaros non raro, crebrius tamen Cerceſſios Petigorenſes eligit, ac eos qui regionum & cæterorum Principum provinciarum exploratores & viarum ductores peritiſſimi cenſentur, ſingulos locorum & confinium tranſitus & trajectus optime norunt, quam celerrime expedit. Et cum in confines illi veniunt, in viciniores ditiones proficiſcuntur, & ſinguli in locis diverſis omnia explorant, & de captivis diligenter curant. Quos cum interceperint, celerrime ad Chanum cum eis veniunt, ex quibus, quæſtionibus adhibitis, Chanus ſtatum earum provinciarum, in quibus illi exploratores fuere, facile agnoſcit. Idcirco profectionis diem extemplo Chanus Tartaris aſſignat, quo ille ſolus movet, & aulæ ſuæ miniſtros aliquot per hor-

dam ſeu provinciam univerſam celeriter præmittit. Illi Tartaros & Chriſtianos ditionis univerſos viros & adoleſcentes, qui modo equis inſidere poſſunt, præter imbelles & ſenes & tenuiores, qui etiamſi equis & armis carent, à ditioribus tamen in ſpem prædæ juvantur, in bellum ire & Chanum ſequi cogunt, & impellunt. In octiduo autem, vel ad ſummum diebus decem ab eo Chani diſceſſu, univerſi in locis certis jam determinatis, qui extra Perecopiam ad Boryſthenem ſunt, eum inſequuntur, collectis & convocatis Galga, Soltanis, Ducibus, Murzis, ac univerſi exercitus probatiſſimis, ſtrenuis, & primariis bellatoribus & militibus, iiſque ad conſilium adhibitis in primis captivi recentiores & exploratiores ipſi examinantur; demum de commoditate temporis, locorum, occaſione rei bene gerendæ, & quonam bellum commodius tum perſequendum ſit, celeriter conſultatur. Ac mutuo conſenſu & conſilio facto & definito, nihil tamen multitudini promiſcuæ horum ſignificatur.

Tartarorum in hoſticum procedendi ordo.

EX eodem itaque loco Chani, Galgæ, & Soltanorum aulæ miniſtris præeunti.

dam ſeu provinciam univerſam celeriter præmittit. Illi Tartaros & Chriſtianos ditionis univerſos viros & adoleſcentes, qui modo equis inſidere poſſunt, præter imbelles & ſenes & tenuiores, qui etiamſi equis & armis carent, à ditioribus tamen in ſpem prædæ juvantur, in bellum ire & Chanum ſequi cogunt, & impellunt. In octiduo autem, vel ad ſummum diebus decem ab eo Chani diſceſſu, univerſi in locis certis jam determinatis, qui extra Perecopiam ad Boryſthenem ſunt, eum inſequuntur, collectis & convocatis Galga, Soltanis, Ducibus, Murzis, ac univerſi exercitus probatiſſimis, ſtrenuis, & primariis bellatoribus & militibus, iiſque ad conſilium adhibitis in primis captivi recentiores & exploratiores ipſi examinantur; demum de commoditate temporis, locorum, occaſione rei bene gerendæ, & quonam bellum commodius tum perſequendum ſit, celeriter conſultatur. Ac mutuo conſenſu & conſilio facto & definito, nihil tamen multitudini promiſcuæ horum ſignificatur.

Tartarorum in hoſticum procedendi ordo.

Ex eodem itaque loco Chani, Galgæ, & Soltanorum aulæ miniſtris præeunti-

euntibus; Ducum, Murzonum & cæterorum inſigniorum Tartarorum, agmina (quæ genere ſuo antiquitus ducunt, eiſque præſunt, ac ea vocabulis diverſis ſermone ſuo vocitant) ordine juſto ſubſequentibus, de more gentis antiquo Chanus ſub ſignis exercitum movet. poſtquam vero in hoſtico conſtiterit, iterum peritiſſimos ac exercitatiſſimos certo numero exploratores præmittit. illi exercitum univerſum præcedunt, obvios homines agreſtes vel quoſpiam alios comprehenſos Chano remittunt, ex quibus de ſtatu & exercitu hoſtium Chanus certior eſſe poteſt. Cum autem Chanus exercitum hoſtium nullum obvium ſibi fore certo compertum habuerit, conſilium caſtrenſe cum ſuis primatibus & proceribus, quàm late & profunde ditionibus hoſtium nocere debeat, iterum facit. Tum demum cum exercitu univerſo ordine juſto paulatim procedit; viros agreſtes obvios ſub capitis gravi ſupplicio necare univerſos imperat, ne à Tartaris comprehenſi ſorte illi aufugiant, ac de exercitu hoſtes eorum certiores reddant, eorumque hominibus noceant. Porro fœminas & pueros non necant, nec comprehendunt, neque prædæ cujuſvis manus injicere audent, ne ea exercitus illorum

onere-

oneretur, & moram aliquam in progrediendo protrahat.

Tartarorum in hoſtico caſtra & bellandi modus.

CVm autem ad arces, oppida, vicos, pagos, & loca cultiora Chanus cum exercitu pervenerit, Duces, Murzones & aulæ primarios, ac exercitus univerſi eximios, probatiſſimos, ac præcipuos bellatores viros decem vel ad ſummum quindecim millium deligit, & in ſtativis vel obſidione caſtri alicujus penes ſe relinquit: Galgam, reliquos Soltanos, Duces, Murzas, ac univerſum exercitũ, qui demum aliquot millium cenſetur, Chanus expedit. Ac ille exercitus per agmina diverſa, quibus ſingulis probatiſſimi & idonei viri præſunt, in longitudinem milliaribus amplius decem, in latitudinem totidem, ſparſi extenduntur. Et, quemadmodum illi inter ſe conveniunt, ad ſummum ſeptem vel octo, ad minus vero tribus vel quatuor diebus per loca diverſa turmatim diſcurrentes, & palantes prædas agentes, ac obvia quæque gladio & igne vaſtantes, ad ſtativa revertuntur. Quod ſi autem ad conventum diem aliqui eorum ad ſtativa non redierint, nec iis quidem exſpectatis mira celeritate exercitus univerſus ordine ſuo ex ſtativis movet.

Tar-

oneretur, & moram aliquam in progrediendo protrahat.

Tartarorum in hoſtico caſtra & bellandi modus.

CVm autem ad arces, oppida, vicos, pagos, & loca cultiora Chanus cum exercitu pervenerit, Duces, Murzones & aulæ primarios, ac exercitus univerſi eximios, probatiſſimos, ac præcipuos bellatores viros decem vel ad ſummum quindecim millium deligit, & in ſtativis vel obſidione caſtri alicujus penes ſe relinquit: Galgam, reliquos Soltanos, Duces, Murzas, ac univerſum exercitũ, qui demum aliquot millium cenſetur, Chanus expedit. Ac ille exercitus per agmina diverſa, quibus ſingulis probatiſſimi & idonei viri præſunt, in longitudinem milliaribus amplius decem, in latitudinem totidem, ſparſi extenduntur. Et, quemadmodum illi inter ſe conveniunt, ad ſummum ſeptem vel octo, ad minus vero tribus vel quatuor diebus per loca diverſa turmatim diſcurrentes, & palantes prædas agentes, ac obvia quæque gladio & igne vaſtantes, ad ſtativa revertuntur. Quod ſi autem ad conventum diem aliqui eorum ad ſtativa non redierint, nec iis quidem exſpectatis mira celeritate exercitus univerſus ordine ſuo ex ſtativis movet.

Tar-

Tartarorum dimicandi ac acies conſtituendi ratio.

ET cum ne tum etiam exercitum aliquem ſe conſequi certum Chanus habuerit, equitum ſelectiſſimorum, & adhuc non feſſorum millium aliquot exercitum in loca non tacta turmatim expedit. Totidem etiam ne in inſidias vel comitatum aliquem ille exercitus incunctanter incidat, apud arces & oppida obvia Tartaros in inſidiis in locis diverſis collocat. Quod ſi vero ab exploratoribus de aliquo exercitu hoſtium numeroſo certo acceperit, rem univerſæ dimicationi ille nunquam committit, verum cum exercitu ſuo caute & paulatim progreditur: ſi vero hoſtium copias numeroſas & fortes Chanus eſſe certo cognoverit, pauliſper ille deflectit, cultiora & pacatiora loca petit, nimiaque celeritate, igne, gladio ea vaſtat citato curſu, & raptim præda abacta in ſua redire intendit. Quod ſi ne tunc quidem hoſtes ſe conſequi poſſe ſperaverit, eodem fere ordine, nec nimium tamen ſecurus, ad fines ipſos uſque cum exercitu contendit.

Captivorum in confinibus diviſio.

QVam primum autem in confinibus ipſis conſtiterit, præcipuorum captivorum decimam ex univerſo exerci-

tu Chanus percipit. Agminum vero
præfecti ex ſingulis turmis, ac ii qui ca-
ptivorum majorem numerum adduxe-
re ex reliquis, captivos præcipuos acci-
piunt. Reliqui etiam promiſcuæ multi-
tudinis Tartari per agmina ſua captivos
inter ſe partiuntur. Veruntamen ante-
quam ad diviſioné eam deſcendant, ſin-
gulis iis, qui equos, veſtes, vel quippiam
aliud turmatim diſcurrentes amiſerant,
in primis ſatisfaciunt. Captivos nobi-
liores vel agreſtiores, quod ſi pretium
nullum quo ſe eximere poſſint cum eis
conſtituerint, eo quod Chanus merca-
torum muneribus corruptus ingẽs pre-
tium decreverit, Tartaris vendunt.

Captivorum apud Tartaros ratio & redimendorum modus.

MIſerabilis admodum conditio apud
Tartaros captivorum eſt; nam fa-
me, nuditate, agreſtiores vero & verbe-
ribus ab illis vehementer premuntur, ut
potius mori quam vivere illi magis cu-
piant: Plurimi vero præſente calamitate
& ſtoliditate ducti, nobiliores ſe eſſe,
parẽtes vel amicos claros & divites ha-
bere, Tartaris prędicant. Precium ingens
fereq; inæſtimabile illis ultro pollicen-
tur, quos gens barbara, impia, avara, fa-
melica & crudelis, omni genere fallacia-
rum & quæſtionũ fere indies id augeri

tu Chanus percipit. Agminum vero præfecti ex ſingulis turmis, ac ii qui captivorum majorem numerum adduxere ex reliquis, captivos præcipuos accipiunt. Reliqui etiam promiſcuæ multitudinis Tartari per agmina ſua captivos inter ſe partiuntur. Veruntamen antequam ad diviſioné eam deſcendant, ſingulis iis, qui equos, veſtes, vel quippiam aliud turmatim diſcurrentes amiſerant, in primis ſatisfaciunt. Captivos nobiliores vel agreſtiores, quod ſi pretium nullum quo ſe eximere poſſint cum eis conſtituerint, eo quod Chanus mercatorum muneribus corruptus ingés precium decreverit, Tartaris vendunt.

Captivorum apud Tartaros ratio & redimendorum modus.

MIſerabilis admodum conditio apud Tartaros captivorum eſt; nam fame, nuditate, agreſtiores vero & verberibus ab illis vehementer premuntur, ut potius mori quam vivere illi magis cupiant: Plurimi vero præſente calamitate & ſtoliditate ducti, nobiliores ſe eſſe, parẽtes vel amicos claros & divites habere, Tartaris prędicant. Precium ingens fereq; inæſtimabile illis ultro pollicentur, quos gens barbara, impia, avara, famelica & crudelis, omni genere fallaciarum & quæſtionũ fere indies id augeri

ab

ab illis cupiens, compedibus vincit,eoq; durius ſervat. Cum auté nuncium gentis eorum ad Chanum adventare Tartari intellexerint, cum captivis ſuis ei occurrũt, à quo pretium nonnunquam ab eis falſo nominatum, vel à captivis etiam aliquando promiſſum poſcunt: verum nuncii, qui artes & falſitatem Tartarorum probe norunt, ſtoliditaté captivorum reprehendunt, eoſque non nobiles nec divites eſſe, ac ne noſſe quidem, neque precium illud illos unquam exſolvere poſſe Tartaris prædicant, & nulla quaſi prorſus pietate & religione moti à ſe rejiciunt. In catalogum tamé à nunciis inſcribi curantur, ac ſi aliquos eorum ære proprio liberare cogitaverint, Iudæos vel Tartaros pecunia corruptos alioſque mercatores ſubordinaré neceſſe habent: à quibus multo faciliori precio, à nunciis neglecti quaſi rejectique, liberantur. Nihil itaq; captivis præſentius quicquam eſt, quam ut precium hoc, quo Turcis ac Iudæis mercatoribus peregrinis aliiſque extra mare venduntur, vel paulo majus, vel in duplo, ſi id præſtare poſſunt, Tartaris promittant, vel offerant. quod ſi ab agreſtioribus, vel aliis, ut plerumque Tartari inquirere ſolent de captivis, qui illi ſint, nihil cognoſcere poterunt, facile acquieſcent.

Nec tamen peregrinis, potius vero nuncio gentis ſuæ, illos vendunt. Quod ſi à nuncio eo non liberantur, ad parentes tamen vel cognatos eorum litteras ſcribere Tartari eis imperant. Captivi etiam plurimi Tartarorum captivorum permutatione, in quibus curandis & liberandis multo majorem pietatem, officium & ſtudium Chriſtianis noſtris Tartari exhibent & impendunt, liberantur. Etenim omni pretio poſthabito in primis à captivis noſtris Tartaris captivos ſemper illi paſcunt; quos, ut plerique ſolent, cum illis promiſerint, nec tamen præſtiterint, multo majus incommodum ſibi illi miſeri accerſunt. nam precium fere inæſtimabile, quo illi Tartaros ſuos penſant, ab eis poſcunt, quod cum illis ſolvendo non ſunt, eo quo poſſunt ingenti, vel non raro nimio etiam pretio in ſervos perpetuos Barbaris peregrinis extra mare illos vendunt, vel quod ſi Tartari ditiores ſunt, captivitate perpetua illos mulctant.

Tauricanorum Tartarorum Principis ſeu Chani exercitus.

TArtaricum exercitum univerſum ex equitatu collectum Chanus habet, centenis aliquot Ianizeris peditibus ſclopetariis exceptis, quos vel à Turca auxiliares, vel proprios Chanus

Nec tamen peregrinis, potius vero nuncio gentis ſuæ, illos vendunt. Quod ſi à nuncio eo non liberantur, ad parentes tamen vel cognatos eorum litteras ſcribereTartari eis imperant. Captivi etiam plurimi Tartarorum captivorum permutatione, in quibus curandis & liberandis multo majorem pietatem, officium & ſtudium Chriſtianis noſtrisTartari exhibent & impendunt, liberantur. Etenim omni pretio poſthabito in primis à captivis noſtris Tartaris captivos ſemper illi paſcunt; quos, ut plerique ſolent, cum illis promiſerint, nec tamen præſtiterint, multo majus incommodum ſibi illi miſeri accerſunt. nam precium fere inæſtimabile, quo illi Tartaros ſuos penſant, ab eis poſcunt, quod cum illis ſolvendo non ſunt, eo quo poſſunt ingenti, vel non raro nimio etiam pretio in ſervos perpetuos Barbaris peregrinis extra mare illos vendunt, vel quod ſi Tartari ditiores ſunt, captivitate perpetua illos mulctant.

Tauricanorum Tartarorum Principis ſeu Chani exercitus.

TArtaricum exercitum univerſum ex equitatu collectum Chanus habet, centenis aliquot Ianizeris peditibus ſclopetariis exceptis, quos vel à Turca auxiliares, vel proprios Chanus

alere, & bombardas aliquot minores in bellum ſecum deducere ſolet. Ex Taurica ſeu peninſula Perecopenſes & Crimenſes, Oſſovienſes, Nogarienſes, Circeſſii, tributarii & auxiliares Circeſſiorum Petigorenſium Duces ſtipendiarii vel mercenarii, & voluntarii Chano in bello præſto adeſſe ſolent. Oczacovienſes & Bialogrodenſes, etiam qui ex pactis perpetuis, quæ cum Imperatore Turcarum habent, non raro etiam & Dobrucenſes Tartari Danubii accolæ, juſſu Imperatoris Turcarum in bellum eum ſequuntur. Exercitus ille univerſus ex Tartaris iis collectus numerum centum millium & viginti, nonnunquam etiam amplius triginta conficere, non raro vero numerũ illum ſuperare ſolet. Quemadmodum ex plurimis Chriſtianis fide dignis, qui Chanum in bellum ſæpius ſequebantur, ac captivis & noſtris nobilibus, qui exercitum ejus ſæpius viderunt, certo ego accepi.

Tartari quibus & quam numeroſis equis in bello utantur.

EQuos Tartaricos, elegantes, optimos, robuſtos, veloces, mediocres & commodos admodum ad labores ſuſtinendos plurimos, ac pro neceſſitate univerſi habent. Chanus, Soltani plerique, inſigniores Tartari, Turcicis, Caramanicis,

manicis, Arabicis cæteriſq; Aſiaticis, Tartaricis, optimis equis peregrinis in bello utuntur. Perniciores tamen in maximo & inæſtimabili fere precio equi apud illos habẽtur. In campis Tauricæ ſeu Peninſulæ, ſæpius vero ad Boryſthenẽ & Tanaim uſq; fluv. æſtate & hyeme eos perpetuo illi paſcunt: nobiliores vero equos paucos admodum pro neceſſitate tantum, non faſtũ vel luxum aliquem, domi illi alunt. Equitatu vero inutiles & viliores curru rariſſime jungunt; camelis enim & bobus omne opus faciunt.

Arma & apparatus bellicus Tartaricus.

ARmis antiquiſſimis framea, ſeu gladio Tartarico curvo, oblongo, & ſpiculo Turcico, vel Perſico breviori & latiori, ex ferro optimo, & opere bene facto; arcu Tartarico proprio, & Aſiatico ſtrictiori vel latiori, vel Turcico opere præſtantiori; ſagitta longa & pernici; pharetra; nonnunquam haſta breviori, Tartari ex antiquo gentis ſuæ more utuntur. Loricati, galeati, & in armis Perſicis vel Moſcicis, quibus Chriſtianorum præda ditati abundant, incedunt. Sellas & frena de more gentis antiquiſſima, commodiſſima, non ad faſtum vel luxum, inſigniores tamẽ eleganter & fortiter ad neceſſitatem compendioſe admodum parata habent. Plurimi vero in

manicis, Arabicis cæteriſq; Aſiaticis, Tartaricis, optimis equis peregrinis in bello utuntur. Perniciores tamen in maximo & inæſtimabili fere precio equi apud illos habētur. In campis Tauricæ ſeu Peninſulæ, ſæpius vero ad Boryſthenē & Tanaim uſq; fluv. æſtate & hyeme eos perpetuo illi paſcunt: nobiliores vero equos paucos admodum pro neceſſitate tantum, non faſtū vel luxum aliquem, domi illi alunt. Equitatu vero inutiles & viliores curru rariſſime jungūnt; camelis enim & bobus omne opus faciunt.

Arma & apparatus bellicus Tartaricus.

ARmis antiquiſſimis framea, ſeu gladio Tartarico curvo, oblongo, & ſpiculo Turcico, vel Perſico breviori & latiori; ex ferro optimo, & opere bene facto; arcu Tartarico proprio, & Aſiatico ſtrictiori vel latiori, vel Turcico opere præſtantiori; ſagitta longa & pernici; pharetra; nonnunquam haſta breviori, Tartari ex antiquo gentis ſuæ more utuntur. Loricati, galeati, & in armis Perſicis vel Moſcicis, quibus Chriſtianorum præda ditati abundant, incedunt. Sellas & frena de more gentis antiquiſſima, commodiſſima, non ad faſtum vel luxum, inſigniores tamē eleganter & fortiter ad neceſſitatem compendioſe admodum parata habent. Plurimi vero in

exercitu illorum Tartarico prorſus inermes & imbelles ſunt, ac ii propter numeroſiorem exercitum equos pene infinitos in bellum ſecum ducunt. Nam extremæ etiam conditionis Tartarus unico vel duobus equis, verum tribus, quatuor & amplius, quos modo ad manum ſecum habere poteſt, vix contentus eſt. Idcirco tam numeroſus, permagnus, & terribilis admodum Tartarorum exercitus efficitur, qui cum à longe conſpicitur, ingens fere & numeroſus plurimum exercitus Tartaricus à noſtris hominibus eſſe putatur.

Tartarorum ex hoſtico diſcendi ratio, & turmarum diſpoſitio.

CVm jam exercitus Tartaricus in hoſtilem provinciam pervenerit, turmas ſeu cohortes nullas Tartari conficiunt; nam omnes turmatim ſeſe effundunt; & paulatim progrediuntur. Excubitores plurimos in partibus omnibus per turmas diſponunt, quas ſubſidiarias majores vel minores illi conficiunt. Poſtquam vero illorum primi hoſtem conſpexerint, fugam ſimulant, ut eo facilius in turmas eas, quas inſidiarum loco illi ponunt, hoſtem impellant, ac ea ratione eum opprimunt. Veruntamen cum exercitum hoſtilem nu-

meroſum illi conſpexerint, ad agmina, ordines, & vexilla ſua tam facile & cito perveniunt.

Tartarorum in conſtituendis vel regendis cohortibus celeritas.

MAxima in conſtituendis & regendis cohortibus eſt celeritas; quandoquidem non ſolum ducum & præfectorum cohortium ſuarum admonitionibus, verum flagrorum etiam demonſtratione, ut gentis ille mos antiquus eſt, & ad nutum etiam ita parent, ut quam facillime, cum opus fuerit, in ordines ſuos ipſi redigantur.

Chanorum & exercitus in hoſtico præſidium & vexilla.

CHanus aliquot millium numero inſigniorum fortiſſimorumque Tartarorum cohorte, centenis aliquot Ianizeris, peditibus Turcicis, & bombardis minoribus nonnullis in bello ſemper munitur. In cohorte Chani maxima cauda alba equina in haſta majori pro vexillo, ac Imperatoris Turcarum ſericeum viride & rubrum præfertur. Tartarorum cæterorum vexilla & ſigna plurima coloris diverſi in turmis illorum apparent.

meroſum illi conſpexerint, ad agmina, ordines, & vexilla ſua tam facile & cito perveniunt.

Tartarorum in conſtituendis vel regendis cohortibus celeritas.

MAxima in conſtituendis & regendis cohortibus eſt celeritas; quandoquidem non ſolum ducum & præfectorum cohortium ſuarum admonitionibus, verum flagrorum etiam demonſtratione, ut gentis ille mos antiquus eſt, & ad nutum etiam ita parent, ut quam facillime, cum opus fuerit, in ordines ſuos ipſi redigantur.

Chanorum & exercitus in hoſtico præſidium & vexilla.

CHanus aliquot millium numero inſigniorum fortiſſimorumque Tartarorum cohorte, centenis aliquot Ianizeris, peditibus Turcicis, & bombardis minoribus nonnullis in bello ſemper munitur. In cohorte Chani maxima cauda alba equina in haſta majori pro vexillo, ac Imperatoris Turcarum ſericeum viride & rubrum præfertur. Tartarorum cæterorum vexilla & ſigna plurima coloris diverſi in turmis illorum apparent.

Chanorum in Tartaros emeritos & idoneos ratio.

APud Chanum, Soldanos, Kuiazos & Murzas inſigniores milites illi, qui in re bellica dexteritate & opinione ſunt clari, operamque & facinus aliquod inſigne in bello navarunt, in maximo honore habentur. Ac ea illorum eſt ratio, ut non ſolum ingentibus quibuſdam beneficiis & liberalitate ea qua Chanus poteſt eos conſoletur, verum etiam virtutum & meritorum illorum ita ſit ille memor, ut locum honorarium perpetuum illis, ſucceſſoribusque eorum, inter Murzas inſigniores in conſeſſu, ac ut ipſis mos eſt, apud menſam ſuam eis aſſignet. Ille honor apud Tartaros maximus & hæreditarius eſt; nam & in bellum euntes idonei & exercitati viri, qui eum locum poſſident, eo honore in ducendis cohortibus à Chano dignantur. Captivos etiam Tartaros aliquos permutatione captivorum Chanus liberat; in reliquis vero redimendis ærarium proprium liberaliſſime profundit, & qua ratione poteſt, eos libenter conſolatur.

V. *En-*

V.

Excerpta ex Sabellici Ennead. IX. lib. VI.

HAbuit gens hæc ſedes in ea Scythię parte, quæ eſt ultra Beliam montem, ut Aytonus ſcribit, ad quem Macedonum arma Alexandri ductu perveniſſe dicuntur. Ferus his ab initio cultus, ſine moribus, ſine lege, ſine ullo vitæ cultu, armenta paſcere, obſcuri nominis inter Scythas, finitimorumq; vectigales. Mox gens ipſa in plures velut tribus diviſa eſt, cœpitque ſub ducibus agitare, peñes quos erat totius rei ſumma; pendere tamen nihilominus vicinis accolis vectigal, quum Canguiſta oraculo quodam primus eſt rex ab iis creatus. Is recepto imperio primum omnium malorum dæmonum cultum abrogavit, edictoq; præcepit, ut tota gens Deum optimum maximum coleret, cujus providentia regnũ credi voluit à ſe receptum. Edictum eſt deinde, ut quicunq; per ætatem arma ferre poſſent, ad certum diem regi præſto adeſſent. Eſtque militaris multitudo in hunc modum diſtributa, ut decuriones centurionibus parerent, centuriones Chiliarchis, Chiliarchi myriadum, id eſt, denum millium præfectis. Inde ad periclitandas vires imperii ſeptem principũ ex iis qui univerſæ genti

ante-

V.

Excerpta ex Sabellici Ennead. IX. lib. VI.

HAbuit gens hæc ſedes in ea Scythię parte, quæ eſt ultra Beliam montem, ut Aytonus ſcribit, ad quem Macedonum arma Alexandri ductu perveniſſe dicuntur. Ferus his ab initio cultus, ſine moribus, ſine lege, ſine ullo vitæ cultu, armenta paſcere, obſcuri nominis inter Scythas, finitimorumq; vectigales. Mox gens ipſa in plures velut tribus diviſa eſt, cœpitque ſub ducibus agitare, penes quos erat totius rei ſumma; pendere tamen nihilominus vicinis accolis vectigal, quum Canguiſta oraculo quodam *primus eſt rex* ab iis creatus. Is recepto imperio primum omnium malorum dæmonum cultum abrogavit, edictoq; præcepit, ut tota gens Deum optimum maximum coleret, cujus providentia regnũ credi voluit à ſe receptum. Edictum eſt deinde, ut quicunq; per ætatem arma ferre poſſent, ad certum diem regi præſto adeſſent. Eſtque militaris multitudo in hunc modum diſtributa, ut decuriones centurionibus parerent, centuriones Chiliarchis, Chiliarchi myriadum, id eſt, denum millium præfectis. Inde ad periclitandas vires imperii ſeptem principũ ex iis qui univerſæ genti

ante conſtitutum regnum præfuerant, filios parentum manu juſſit interfici. faceſſunt illi imperium, etſi acerbum & atrox, cum multitudinis metu, tum religione adacti : credere enim vulgo cœli numē ejuſmodi regni initiis interfuiſſe ; non regem, ſed deum ipſum violari arbitrantes, ſi illius dicto minus obtemperaſſent. His fretus opibus Canguiſta primum finitimos Scythas bello ſubegit, ſubactos vectigales fecit, & cum his eos quibus Tartari ad id tempus tributum pependerant. Inde remotiores populos ſuo ſubegit imperio. Cæterum dum bellis bella ſerendo neque labori neque periculo parcit, pugna quadam parum feliciter commiſſa , profligato exercitu, ex fuga in proximum vepretum ſeſe conjecit. hærebat victor hoſtis à tergo legens fugientis veſtigia. Et jam qui ad cædem feſtinabant, adorti erant locum perſcrutari , quum bubo avis alioqui inauſpicata ad ſtrepitum adventantium excita, præpete volatu regem ſervavit, quum vacuæ feciſſet latebræ indicium. Et quia rex per eum modum ſervatus eſt, in magno jam inde honore fuit avis ipſa apud eam gentem: nullum geſtamen pulchrius in his quam pennæ ejus volucris cono affixæ. Circumjectis gentibus domitis Canguiſta

ſtudio propagandi imperii ad occidentem Solem flexit belli impetum, & jam victor ad Caſpium mare proceſſerat: nam quid aliud Scythia egreſſis potuerit prius occurrere, haud ſane intelligo. Cæterum, ſive Caſpium, ſive aliud id fuerit ad quod ventum eſt, Canguiſta, quod ſatis conſtat, medio victoriæ curſu moriens duodecim filiis regnum reliquit, quos ille quum ſub ipſum tempus mortis ad concordiam hortaretur, juſſit ut duodecim ſagittas quiſq; ſuam in unum conferrent, faſcemque ex his facerent, inde ſinguli in orbem experiri juſſi ſunt, poſſent ne faſcem infringere. Cæterum quum res ab omnibus fruſtra tentata eſſet, tam firmum, inquit, erit veſtrum imperium, filii, ſi in eo tuendo concordes eritis; contra fragile & hoſtium injuriæ obnoxium, ſoluto animorum conſenſu, ceu, ſi faſciculus iſte aut caſu aut conſilio ſolvatur, infirma erit ſagittarum quælibet, ac cuique veſtrum facile friabilis. Et ille ſimilitudine haud quidem inepta docuit, res hominum concordia augeri, auctas diſcordia labefactari. Hoccota qui omnium maximus erat natu, & ob eam rem cæteris facile cedentibus, rex poſt patris interitum dictus eſt. Aſiam invaſurus mille lectos equites miſit ad explorandum

ſtudio propagandi imperii ad occidentem Solem flexit belli impetum, & jam victor ad Caſpium mare proceſſerat: nam quid aliud Scythia egreſſis potuerit prius occurrere, haud ſane intelligo. Cæterum, ſive Caſpium, ſive aliud id fuerit ad quod ventum eſt, Canguiſta, quod ſatis conſtat, medio victoriæ curſu moriens duodecim filiis regnum reliquit, quos ille quum ſub ipſum tempus mortis ad concordiam hortaretur, juſſit ut duodecim ſagittas quiſq; ſuam in unum conferrent, faſcemque ex his facerent, inde ſinguli in orbem experiri juſſi ſunt, poſſent ne faſcem infringere. Cæterum quum res ab omnibus fruſtra tentata eſſet, tam firmum, inquit, erit veſtrum imperium, filii, ſi in eo tuendo concordes eritis; contra fragile & hoſtium injuriæ obnoxium, ſoluto animorum conſenſu, ceu, ſi faſciculus iſte aut caſu aut conſilio ſolvatur, infirma erit ſagittarum quælibet, ac cuique veſtrum facile friabilis. Et ille ſimilitudine haud quidem inepta docuit, res hominum concordia augeri, auctas diſcordia labefactari. Hoccota qui omnium maximus erat natu, & ob eam rem cæteris facile cedentibus, rex poſt patris interitum dictus eſt. Aſiam invaſurus mille lectos equites miſit ad explorandum

ejus gentis ſtatum: hi ad anguſtias mon- tium progreſſi ubi fores obditæ ſunt ferratis trabibus, Dyriodoro amne ſub- terfluente, caſtellum ibi munitum ad arcendas tranſitu gentes innumeras, velut altero terrarum orbe portis ex- cluſas, primo acceſſu capiunt. Fuerintne Caſpiæ portæ, ad quas illi venerunt, an Caucaſeæ, nec Aytonus ſcribit, nec ipſe utræ fuerint affirmare poſſum. inclinat tamen ad Caucaſeas animus, quia oppi- dum ab Hoccotæ equitatu oppreſſum Alexandreta, ut Aytonus tradit, fuerit olim appellatum. Verum Plinius Ale- xandriam non in ipſis faucibus ſtatuit ut ille, ſed in Caucaſeis portis: contra Caſpiæ non minori miraculo naturæ celebrantur quam Caucaſeæ, cum ca- ſtello in ipſis anguſtiis, cui Cumanæ fuit nomen. Cæterum ſive hæ fuerint ſive illæ, præſidio oppreſſo Hoccotæ equites locum tenuere, inde in alterum velut orbem egreſſi, quum ad Arſerem Turcorum urbem proceſſiſſent, quia ingens vis hominum ad bellum inſtrui dicebatur, ut juſſi à rege fuerant, retro in pacatum abierunt. Hoccota, poſt ſuorum equitum reditum, quia ex iis quæ illi renuntiarunt apparebat poſſe Aſiam facile ſubigi, tres filios cum tri- bus exercitibus ad bellum mittit: Iachis natu

natu maximus ad occidentem Solem ire juſſus eſt, Batho (quidam *Bacho* ſcri- *bunt*) *imperium* patris ſecutus ad ſe- ptentrionem flexit: *Tagladais* (*erat is* natu minimus) terras & gentes, quæ ad meridiem vergunt, invaderet. Ipſe quando multitudine abundabat, *cum* opulentiſſimo exercitu circumjectas gentes ad ortum Solis bello aggreſſus, celerrimo victoriæ curſu Cathaium uſq; extenſione facta, longe lateque imperii fines propagavit. Eſt & Perſarum re- gnum ex parte adeptus, qua expeditio- ne Tartari literas didicere, quum ad id tempus nullus ipſi genti fuiſſet litera- rum uſus. Sed vix ea res tantum pro- fuit ad vitæ cultum, quantum ad pie- tatem tuendam obfuit malorum dæ- monum veneratio, quam magna pars victoris exercitus, commercio eorum quos vicerant, imbibit. Tagladais ſive Cagadaus (nam utrumque ſcriptum re- perio) qui ad meridiem egreſſus eſt, ad Indos uſque Æthiopas, qui ſunt ſupra Ægyptum, promovit arma: infelix ta- men ejus militia; victus prælio ab Æ- thiopibus & in deſertas terras incaute cum exercitu delatus, partem non par- vam amiſit copiarum. Apud quoſdam reperio incidiſſe eos in genus hominum canino aſpectu, mordicusq; pugnando magno

natu maximus ad occidentem Solem ire juſſus eſt, Batho (quidam Bacho ſcribunt) imperium patris ſecutus ad ſeptentrionem flexit: Tagladais (erat is natu minimus) terras & gentes, quæ ad meridiem vergunt, invaderet. Ipſe quando multitudine abundabat, cum opulentiſſimo exercitu circumjectas gentes ad ortum Solis bello aggreſſus, celerrimo victoriæ curſu Cathaium uſq; extenſione facta, longe lateque imperii fines propagavit. Eſt & Perſarum regnum ex parte adeptus, qua expeditione Tartari literas didicere, quum ad id tempus nullus ipſi genti fuiſſet literarum uſus. Sed vix ea res tantum profuit ad vitæ cultum, quantum ad pietatem tuendam obfuit malorum dæmonum veneratio, quam magna pars victoris exercitus, commercio eorum quos vicerant, imbibit. Tagladais ſive Cagadaus (nam utrumque ſcriptum reperio) qui ad meridiem egreſſus eſt, ad Indos uſque Æthiopas, qui ſunt ſupra Ægyptum, promovit arma: infelix tamen ejus militia; victus prælio ab Æthiopibus & in deſertas terras incaute cum exercitu delatus, partem non parvam amiſit copiarum. Apud quoſdam reperio incidiſſe eos in genus hominum canino aſpectu, mordicusq; pugnando

magno incommodo affectos. Et Tagladais per hæc male habitus, ad occidentem Solem flexit iter, junxitque ſe cum fratre, qui res Turcorum circa Perſidem, Aſſyriam, & Meſopotamiam vehementer afflixerat; nam in has terras ille primum exierat, mox ad occidentem Solem iturus. Datæ ſunt Tagladanis ſedes ad inhabitandum, & recepti in partem victoriæ, ita tamen ut ſumma rei penes Iachin fuerit, & ſucceſſores. Major celebriorque Bathonis victoria, qui Goniata Turcorum rege ingenti prælio victo, brevi omne ipſius gentis regnum armis domuit. Sitne Goniata à Bathone Hoccotæ filio victus, an alio hujus nominis duce, quem ab initio ejus expeditionis miſſum cum triginta milibus equitum ſignificare videtur Aytonus, cujus ductu magna ex parte acciſæ ſint Turcorum opes, parum perſpicue traditur. Cæterum, ſive hic, ſive ille fuerit, qui Goniatam vicit, ſatis conſtat Latinorum auxilia Turcis eo prælio affuiſſe. Bonifacius Molinus, Veneti ſanguinis, & Ioannes Liminatius in Cypro inſula ortus, auxiliaribus copiis præfuerunt. Accidit hæc Turcorum clades in eum annum, qui humanæ ſalutis ſupra milleſimum ac duceteſimum alter à quadrageſimo fuit. Secun-

cundum eam pugnam, quam Batho in Turcos proſpere depugnavit, Comaniam invaſit. Quæ Comania fuit, aut ubi terrarum, loco non multum diverſo eſt ſupra demonſtratum in rerum relatione ad Ægyptios pertinentium: nam Comani fuerunt ſervi, qui ipſi genti imperitare cœperunt. Cæterum Aytonus non Cappadoces ſolum & qui illis finitimi ſunt, ſed omnes gentes uſque ad Tanaim & Euxinum ad Comaniæ regnum pertinere perſuaſum habuit, ut mihi videtur. Comani, inquit, ſuis ſedibus ejecti in Pannoniam fuga deferuntur ad conſanguineos. Sed Hunni & Vngari ejus terræ advenæ, Scythæ, quod nulli eſt dubium, fuerunt. Verum quoquo modo hæc capienda ſunt, Batho Comania ſubacta Roſulanos bello ſubegit, Iazygas, & Polonos. Comanorum inde veſtigia ſecutus in Pannoniam proceſſit, oppreſſique ſunt ex his pleriq; ultra Hiſtrum. Hinc fluminis magnitudine averſus, fatis ad exitum rapientibus, in Germaniam flexit curſum, eſtque in Auſtriam uſque impetu delatus. Hic Dravum, credo, ſuperare adortus, (nam Auſtriæ id flumen eſſe Aytonus ait,) quod ille primus omnium temere ingreſſus, magnum equitum globum ſecum traxit: fluminis itaque impetu &

cundum eam pugnam, quam Batho in Turcos proſpere depugnavit, Comaniam invaſit. Quæ Comania fuit, aut ubi terrarum, loco non multum diverſo eſt ſupra demonſtratum in rerum relatione ad Ægyptios pertinentium: nam Comani fuerunt ſervi, qui ipſi genti imperitare cœperunt. Cæterum Aytonus non Cappadoces ſolum & qui illis finitimi ſunt, ſed omnes gentes uſque ad Tanaim & Euxinum ad Comaniæ regnum pertinere perſuaſum habuit, ut mihi videtur. Comani, inquit, ſuis ſedibus ejecti in Pannoniam fuga deferuntur ad conſanguineos. Sed Hunni & Vngari ejus terræ advenæ, Scythæ, quod nulli eſt dubium, fuerunt. Verum quoquo modo hæc capienda ſunt, Batho Comania ſubacta Roſulanos bello ſubegit, Iazygas, & Polonos. Comanorum inde veſtigia ſecutus inPannoniam proceſſit, oppreſſique ſunt ex his pleriq; ultra Hiſtrum. Hinc fluminis magnitudine averſus, fatis ad exitum rapientibus, in Germaniam flexit curſum, eſtque in Auſtriam uſque impetu delatus. Hic Dravum, credo, ſuperare adortus, (nam Auſtriæ id flumen eſſe Aytonus ait,) quod ille primus omnium temere ingreſſus, magnum equitum globum ſecum traxit: fluminis itaque impetu

& violentia victus, cum magna eorum parte, qui vorticoſum amnem tranſnare conati ſunt, mortem occubuit. Tartari, rege amiſſo, eas repetunt terras, quas bello ſuas fecerant. In his poſtea gentibus Bathonis filii late imperitarunt. Et hæ ſunt memorabiles illæ Tartarorum expeditiones longe lateque ſeptentrionem, meridiem, & ortum magno quidem humanarum rerum motu pervagatæ: de cujus regni origine & incrementis non ab re fuerit hæc in literas miſiſſe. Cæterum quando eo venimus, ut de ejus gentis vetuſtate, & imperio non pauca dicantur, ſubtexam his breviter illius mores & ritus, ut gentis minus alioqui notæ ſit vita cognitu facilior. Colunt Tartari ſimpliciter Deum optimum maximum, ad cujus providentiam omnia referunt. nec jejunia habent ulla, neque ſacrorum ceremoniam. nullis utuntur precibus, quum quid à Deo impetratum volunt: Aytonus tamen autor eſt, aliquando exercitui univerſo indictum eſſe à rege jejunium. Hominé interficere nullius noxæ eſt. Si frænum non rdemerit is qui quadrupedem miſit in paſcua, piaculum eſt. Fornicari ac Venerem quoquo modo exercere, neque probro, neque vitio datur. Multiplex connubium in uſu: poſt

patris obitum fas eſt novercam ſibi matrimonio jungere; fas & quæ fratri nupta fuerit. Regi quicquid libitum eſt licet, & cuicunque velit, lege permiſſum eſt uxorem & omnia quæ velit adime-
re. Ex rapto plurimum vivunt, aut ſi
hæc deſunt, venatu. Equino bubuloque
lacte victitant; veſcuntur & equina car-
ne, ſed ne humanis quidem carnibus
abſtinent. Fallax ingenium. Vinum cu-
pidiſſime potant; ſi fiat copia, bibunt &
humanum cruorem. Pediculos eſitant,
uxor mariti, amicus amici, illud dicti-
tantes, Sic regis hoſtes eant. Nuptæ
mundum gerunt capitis in ciſtæ ſpeciem
figuratum, circa ſummum latiorem,
ſeſquipedali altitudine, ſerico & marga-
ritis ornant. Puellæ adhuc innuptæ in-
diſcreto fere à viris habitu. hi pileo ca-
put contegunt, mento ſubligant. pilei
forma pene plana, veſte ad genua fere
demiſſa, multifariam reciſa à pectore.
Arte magis quam viribus pugnant; gla-
dio utuntur brachiali longitudine. ab
una parte faſtigiato. Corio teguntur aut
laminis ferreis. equites agiles, ſagittan-
dique ſcientiſſimi. is omnium fortiſſi-
mus qui & imperii obſervantiſſimus.
Sine ſtipendio militant. Pedites inutiles
& inſigni tarditate. Gens in præliis &
rebus gerendis ſolers, & ad omnia mo-

patris obitum fas eſt novercam ſibi matrimonio jungere; fas & quæ fratri nupta fuerit. Regi quicquid libitum eſt licet, & cuicunque velit, lege permiſſum eſt uxorem & omnia quæ velit adimere. Ex rapto plurimum vivunt, aut ſi hæc deſunt, venatu. Equino bubuloque lacte victitant; veſcuntur & equina carne, ſed ne humanis quidem carnibus abſtinent. Fallax ingenium. Vinum cupidiſſime potant; ſi fiat copia, bibunt & humanum cruorem. Pediculos eſitant, uxor mariti, amicus amici, illud dictitantes, Sic regis hoſtes eant. Nuptæ mundum gerunt capitis in ciſtæ ſpeciem figuratum, circa ſummum latiorem, ſeſquipedali altitudine, ſerico & margaritis ornant. Puellæ adhuc innuptæ indiſcreto fere à viris habitu. hi pileo caput contegunt, mento ſubligant. pilei forma pene plana, veſte ad genua fere demiſſa, multifariam reciſa à pectore. Arte magis quam viribus pugnant; gladio utuntur brachiali longitudine. ab una parte faſtigiato. Corio teguntur aut laminis ferreis. equites agiles, ſagittandique ſcientiſſimi. is omnium fortiſſimus qui & imperii obſervantiſſimus. Sine ſtipendio militant. Pedites inutiles & inſigni tarditate. Gens in præliis & rebus gerendis ſolers, & ad omnia momenta

menta rerum imperiumque obeundum præſto ; nec fuga turpis , ſi conducibilis ſit , aut neceſſaria. Sagittas tanta vi intendunt, ut nullum armorum genus ſit illis non penetrabile. Turmatim pugnam capeſſunt , turmatim fugiunt, vulnifico ſagittarum jactu ſequentem hoſtem à tergo conficientes ; id prementium paucitatem conſpicati ſubito in pugnam redeunt , ac tum maxime vincunt, quum victi creduntur. Comiter & benigne colunt hoſpites. Aliena appetunt , negligunt ſua. Sub tentoriis in aperto agitant , libentius hoc modo quam in oppidis aut urbibus. Viri à re bellica feriati aut venantur , aut ſe luctando exercent. Mulieres pelliceas veſtes ſarciunt , ocreas & cætera , quæ ex eadem materia fiunt. Trigeſimo die luctum finiunt. cum defuncto , ſi altiore fortuna ſit, ſervum unum ſepeliunt , & phaleratum equum . Socialibus bellis mites, ubi inferiores numero ſunt,alioqui ſuperbi in ſocios & contumaces. Veritatis ſtudioſiſſimi , nihil tam capitale turpiterve admittunt , quod expoſtulati non ſponte fateantur. Et Tartari gens Scythica in hunc modum ſe habuit ducenteſimo abhinc anno , quum quæ de his breviter executi ſumus , Aytonus Armenius prodidit. Sunt quæ-

dam

dam his inſerta, quæ Iacobus Planenſis, & Benedictus Sarmata , Minoritani ordinis, explorarunt, ab Innocentio pontifice ad ejus gentis regem miſſi.

Ex Epiſtola à Polono ad Davidem Chytraum, ſcripta ann. 1581.

TArtarorum quidem copias minime contemnendas regiis in caſtris perſæpe vidi , atque hi ex Præcopienſium Horda advenerunt , ex qua nunc quoque militem conſcripſit Stephanus victor. Cæteri Polonis notiores ſunt Tauricenſes, Aſturcenſes, Najanenſes, Rezihorenſes , & Circaſſii. Principem Hordæ ſua lingua Czar , hoc eſt, Imperatorem appellant. Nobiles autem, quibus res mediocriter ſunt ſecundæ , Cneſi , id eſt , Principes vocantur. Tantus nimirum barbaræ gentis faſtus eſt , ut etiam titulos & magna miſeri aucupentur nomina . Religio eorum ſine dubio diverſiſſima eſt.

Ego illorum ritus , qui regis noſtri ſceptrum agnoſcunt,breviter attingam. Bellici ſane tumultus eos à numinis cultu non avocant. Nam veneris die, cum vix ſol ipſe nitentes ſpargere jam cœpit radios , in medio camporum æquore frequentes convolant. Hic Papa nudo

dam his inſerta, quæ Iacobus Planenſis, & Benedictus Sarmata, Minoritani ordinis, explorarunt, ab Innocentio pontifice ad ejus gentis regem miſſi.

Ex Epiſtola à Polono ad Davidem Chytraum, ſcripta ann. 1581.

TArtarorum quidem copias minime contemnendas regiis in caſtris perſæpe vidi, atque hi ex Præcopienſium Horda advenerunt, ex qua nunc quoque militem conſcripſit Stephanus victor. Cæteri Polonis notiores ſunt Tauricenſes, Aſturcenſes, Najanenſes, Rezihorenſes, & Circaſſii. Principem Hordæ ſua lingua Czar, hoc eſt, Imperatorem appellant. Nobiles autem, quibus res mediocriter ſunt ſecundæ, Cneſi, id eſt, Principes vocantur. Tantus nimirum barbaræ gentis faſtus eſt, ut etiam titulos & magna miſeri aucupentur nomina. Religio eorum ſine dubio diverſiſſima eſt.

Ego illorum ritus, qui regis noſtri ſceptrum agnoſcunt, breviter attingam. Bellici ſane tumultus eos à numinis cultu non avocant. Nam veneris die, cum vix ſol ipſe nitentes ſpargere jam cœpit radios, in medio camporum æquore frequentes convolant. Hic Papa nudo

vertice & pedibus complicatis humi ſedens, ſchedulam ſiniſtra in manu tenet. in hanc deſcripta ex Alcorano paradoxa aliquot congeſſit, quæ voce clara ad circumſtantes recitat. Illi ſi quando nomen Dei & Mahometis audiunt, gemitu & capitis inflexione reverentiam ſuam declarant. Lectione finita, in ſtationem quiſque ſuam revertuntur. Cæteri tamen, qui pacem bello, œconomiam militiæ præferunt, aliis quoque ceremoniis occupantur. Hi uno à Vilna milliari, ad fluminis Veliæ ripas, gurguſtia aliquot & pagum amœniſſimo loco ſitum habent. Huc ego XII kal. Iul. cum Ioanne Gamrato Stralſundino, mercatore & cive Vilnenſi, exſpaciatus, delubrum eorum intravi. In illo certe, nec alicujus Divi, nec atri Dæmonis ſimulacrum ullum videtur. Nudi ubique parietes. Area tamen pictis tapetis inſtrata eſt. Die Veneri dicata ſemper ad ſacra conveniunt, ea, uti opinor, de cauſa, ut ſignificent, neque Iudæorum ſuperſtitiones, neque Chriſtianorum nomen & religionem ſibi probari. Delubrum niſi diſcalceato ingredi licet. Campanarũ boatum minime tolerant. Papa autem, exorto ſole, in ſummitate templi exedræ inſiſtens, ſtentorea voce populum ad conciones vocat. Cumque

jam frequentes adſunt, ſumto ad manum Alcorano quem Arabicis literis ſcriptum mihi monſtrarunt, numinis colendi rationem illis exponit. Poſtea de apotheoſi Mahometis, deque illius majeſtate & præcellentia, carmen agreſte decantant, & tunc comitiorum finis eſt. Si Alcoranum, vel alium quemvis librum typis editum hic videre licuiſſet, eum certe, magno vel pretio comparatum, ad te miſiſſem. In tanto autem librorum defectu nihil ſe vendere poſſe dicebant. De Deo Ieſu Chriſto & Spiritu Sancto fruſtra eos interrogabis. Veram enim pietatem ita curant, ut numerum lupus aut torrentia flumina ripas. Non ſemel igitur admiratus ſum cum inter Chriſtianos habitent, cur adeo duri ſint & Chriſtianam religionem aſpernentur. & video ſane Ieſuitarum nugas, qui de convertendis ad Romanam Eccleſiam gentibus multa & grandia fabulantur, cum nequaquam hos, qui vicinis in parietibus commorantur, à vana ſuperſtitione abducere poſſint. Neque tamen & hoc negare auſim, eſſe in Scythia homines Ieſu nomen adorantes, cum dictum ſit per Davidem de voce Evangelii per Apoſtolos in gentes ſpargenda, In omnem terram exivit amuſſis eorum, & in finem orbis oratio eorum. Porro

jam frequentes adſunt, ſumto ad manum Alcorano quem Arabicis literis ſcriptum mihi monſtrarunt, numinis colendi rationem illis exponit. Poſtea de apotheoſi Mahometis, deque illius majeſtate & præcellentia, carmen agreſte decantant, & tunc comitiorum finis eſt. Si Alcoranum, vel alium quemvis librum typis editum hic videre licuiſſet, eum certe, magno vel pretio comparatum, ad te miſiſſem. In tanto autem librorum defectu nihil ſe vendere poſſe dicebant. De Deo Ieſu Chriſto & Spiritu Sancto fruſtra eos interrogabis. Veram enim pietatem ita curant, ut numerum lupus aut torrentia flumina ripas. Non ſemel igitur admiratus ſum cum inter Chriſtianos habitent, cur adeo duri ſint & Chriſtianam religionem aſpernentur. & video ſane Ieſuitarum nugas, qui de convertendis ad Romanam Eccleſiam gentibus multa & grandia fabulantur, cum nequaquam hos, qui vicinis in parietibus commorantur, à vana ſuperſtitione abducere poſſint. Neque tamen & hoc negare auſim, eſſe in Scythia homines Ieſu nomen adorantes, cum dictum ſit per Davidem de voce Evangelii per Apoſtolos in gentes ſpargenda, In omnem terram exivit amuſſis eorum, & in finem orbis oratio eorum. Porro

non fugit excellentiam tuam, dogma Mahometanum magna ex parte Iudæorum ſuperſtitionibus & ſomniis eſſe refertum. Tartari igitur circumciſionem quoque retinent, ſed diverſa ab Hebræis ratione. Secundo enim & tertio annis à nativitate, prout Papæ viſum eſt, circumciduntur.

Lingua eorum à Polono idiomate tam longe abeſt, ut hi in Scythiam, illi in Sarmatiam commigrantes, ranæ Seriphiæ non injuria dici queant. Qui tamen in Polonia, & Lithuania, & utraque Ruſſia longe lateque diſperſi ſunt, plerumque hominum, quibuſcum degunt, linguam addiſcunt & callent.

Præterea illorum Papa hoc mihi in ſermone dixit: In multis ſuæ gentis regionibus, ſolem, ignem, malos item genios, tanquam Deos coli. Moribus feris ſunt, & duri laboris patientiſſimi: nec etiam una uxore contenti. Nam plurimas ducunt, quarum pene miranda domi eſt concordia. Sed prior cæteris gratior habetur & acceptabilior.

Mortuos hic non cremant, ſed defodiunt. Sponſos etiam fato functos, addita dote & rebus œconomiæ neceſſariis, matrimonio jungunt; ridiculis mehercule ceremoniis, quos alio in orbe & revicturos, & una ſemper futuros autumant.

tumant.

tumant. De animabus demortuorum ita ſentiunt, eas videlicet ex uno corpore in aliud tantiſper demigrare, donec præcellentem aliquam & diu quæſitam inveniant habitationem; atque hinc magna iſta mundi lumina, Cæſares & viros principes, enatos eſſe.

Victus illorum miſerrimus & Cyclopicus: Nam prandentes aliquoties cum horrore aſpexi. Carnes certe equinas ac ſemicoctas avidiſſime devorant. nullus illis menſarum & ſedilium eſt uſus. Cutes equorum jam tum fumantes, & recens beſtiæ detractas, pro ſcamnis conſeſſuri conſternunt. Lac equarum tanquam vinum Cretenſe admirantur & epotant. Hi in bellis, acinacibus, arcu & ſagittis pugnant, bellatorum præſtantia equorum omnibus facile anteponendi.

Ex relatione D. Ægidii Fletcheri Reginæ Angliæ ad Ruſſos Legati.

QVum Moſcuæ agerem anno cIↄIↄ LXXXVIII, venit ad urbem Kiriach Morſey, nepos illius qui tum Cremenſibus imperabat, cum ccc Tartaris, & duabus uxoribus; quarum altera germani ipſius vidua erat. Cui ſtatim à Ruſſo miſſi fuerunt duo pingues equi jam mactati; equinam enim carnem cuivis alteri præferunt; & tamen (quod miraculo propius videatur) quum tot

coniu

tumant. De animabus demortuorum ita ſentiunt, eas videlicet ex uno corpore in aliud tantiſper demigrare, donec præcellentem aliquam & diu quæſitam inveniant habitationem; atque hinc magna iſta mundi lumina, Cæſares & viros principes, enatos eſſe.

Victus illorum miſerrimus & Cyclopicus: Nam prandentes aliquoties cum horrore aſpexi. Carnes certe equinas ac ſemicoctas avidiſſime devorant. nullus illis menſarum & ſedilium eſt uſus. Cutes equorum jam tum fumantes, & recens beſtiæ detractas, pro ſcamnis conſeſſuri conſternunt. Lac equarum tanquam vinum Cretenſe admirantur & epotant. Hi imbellis, acinacibus, arcu & ſagittis pugnant, bellatorum præſtantia equorum omnibus facile anteponendi.

Ex relatione D. Ægidii Fletcheri Reginæ Angliæ ad Ruſſos Legati.

QVum Moſcuæ agerem anno cIↃ IↃ LXXXVIII, venit ad urbem Kiriach Morſey, nepos illius qui tum Cremenſibus imperabat, cum CCC Tartaris, & duabus uxoribus; quarum altera germani ipſius vidua erat. Cui ſtatim à Ruſſo miſſi fuerunt duo pingues equi jam mactati; equinam enim carnem cuivis alteri præferunt; & tamen (quod miraculo propius videatur) quum tot

equis in bello, tot in victu utantur, quotannis nunc XXX nunc XL equorum millia in Ruſſiam venales adducunt. Ipſi equos vocant *cones*. Magnos quoque armentorum & nigrarum ovium greges alunt, non tam cibi gratia, (quanquam & interdum bovillam & ovinam carnem uſurpent in cibis,) quam lactis (quod ubique circumferunt) & lanarum. Oryzæ, ficuum & aliorum fructuum aliquis ipſis eſt uſus. In potu lac aut ſanguinem calidum è venis ſuorum equorum eductum uſurpant. Nulla ipſis oppida, aut ne ſtatæ quidem ſedes; nulla domicilia niſi curribus impoſita, paſtorum tuguriis ſimilia. hæc una cum gregibus ſuis de loco in locum circumagunt, &, ubi campum aliquem ſibi placentem occupant, currus hoſce ita ordine diſponunt ut plateas & oppidum aliquod referant. Ne Imperatori quidem aliud palatium niſi ligneum & in eundem modum compoſitum. Verno tempore domicilia ſua movere incipiunt ab auſtralibus regionis ſuæ partibus verſus ſeptentrionaliores, donec gramen omne ad extremum uſque limitem depaſcantur; tum enim ad auſtrum regrediuntur, & hyberna ſua figunt, decem aut duodecim milliarium inter ſingula intervallis. Monetæ aureæ

aut argenteæ uſum ignorant; ære aut chalybe magis capiuntur; etiam ferro ad gladiorum & cultrorum aliorumque inſtrumentorum fabricam. Corpora ipſis agilia, crura brevia; facies lata & plana, colore fuſco; oculi truces; crines rari. Sermo ipſis celerrimus & ſonorus, è profundo gutture inſtar boatus erumpens. Sagittas jaciendi ſumma induſtria; quam liberos ſuos ab ipſa infantia edocent. Denique ſunt veri Scythæ, quos veteres Nomades ſolent appellare.

Porro Tartari, qui Ruſſorum fines attingunt, varii ſunt. alii enim appellantur Nagay, alii Cheremiſſæ, itemque Morduitæ, Chircaſſi & Schalcanes; qui magis nomine quam regiminis forma à Crimeis differunt; exceptis Circaſſis, qui ad Africum incolunt, verſus Lithuaniam, & cæteris ſunt urbaniores, ei ad Polonorum modum ſe componunt, quorum regno nonnulli ſubditi ſunt, & à Chriſtianis ſacris haud alieni. Nagay magis ad orientem degunt, qui bellicoſiſſimi judicantur juxta & ferociſſimi.

FINIS.

aut argenteæ uſum ignorant; æreaut chalybe magis capiuntur; etiam ferro ad gladiorum & cultrorum aliorumque inſtrumentorum fabricam. Corpora ipſis agilia, crura brevia; facies lata & plana, colore fuſco; oculi truces; crines rari. Sermo ipſis celerrimus & ſonorus, è profundo gutture inſtar boatus erumpens. Sagittas jaciendi ſumma induſtria; quam liberos ſuos ab ipſa infantia edocent. Denique ſunt veri Scythæ, quos veteres Nomades ſolent appellare.

Porro Tartari, qui Ruſſorum fines attingunt, varii ſunt. alii enim appellantur Nagay, alii Cheremiſſæ, itemque Morduitæ, Chircaſſi & Schalcanes; qui magis nomine quam regiminis forma à Crimeis differunt; exceptis Circaſſis, qui ad Africum incolunt, verſus Lithuaniam, & cæteris ſunt urbaniores, ei ad Polonorum modum ſe componunt, quorum regno nonnulli ſubditi ſunt, & à Chriſtianis ſacris haud alieni. Nagay magis ad orientem degunt, qui bellicoſiſſimi judicantur juxta & ferociſſimi.

FINIS.

A.

Abydus caſtrum. 234
Alexandreta & Alexandria opp. 314
Alma, Chanorum regia. 292
Almaſſarai Chanorum regia. 266
Arſer Turcorum urbs. 314
Aſtracan emporium. 37. 228
Atali, vel Attalici officiales. 211. 286
Azaphum opp. Tart. 251

B

BAchaſanium, Chanorum regia. 292
Bachimienſes quinam inter Tart. 282
Balachenum arx & civ. 209. 264
Baſſa, id eſt, Seniacus officialis. 294
Bavaſaria civ. Tart. 223
Beccaſarium, opp. Tart. 208. 269
Begus, id eſt, Palatinus. 255. præfectus. 255. 288
Belia mons. 311
Bereſaia opp. 46
Berezina fl. 8
Beſſarabia. 247
Beſobia opp. 46
Bialogrod civ. 206
Bialogrodenſes campi. 248
Bieleiezero ducatus, lacus, urbs & arx. 26
Bielskia ducatus. 19
Bogus fl. 206
Boryſthenes fl. 7. Neprus dictus. 249. 250
ejus exitus. 206
Boſporii Tart. 219. vel
Boſporani. 235
Boſporus an à creatione. 238 Thracius. 232
Cimmerius. 234. 276. Mæotidis os. 274
Boſporus Panticapea. 235
Braſlavia ſeu Bratiſlavia, opp. 243
Brace ſtagnum. 237
Buges fl. ibid.
Bycla urbs cum caſtello. 19

C

CAdii, judices. 288
Caffa emporium Tart, Theodoſia dicta. 208
228. 272.
Caffenſis navigatio. 273
Caffanenſium origo. 229
Caiacei quinam inter Tart. 228
Calami pop. 34
Cama fl. 30

Camenæ

Camenæ montes. 48
campi Bialogrodenſes. 248. Tartarici. 280. Oczacovienſes. 248. Sauramenſes. 207. 243
Captivorum ratio apud Tart. 302
Carambis prom. 272
Carpenoites ſinus. 275
Cathajum urbs. 315
Cazan regnum & opp. 30
Cerceſii apud Chanum primarii conſiliarii. 287
Cerceſſigermenum arx. 264
Cercum arx & opp. 274
Ceremiſſi pop. 35
Chalcedonia. 232
Chanus, Tartarorum imperator. 211. ipſe omnium cauſſarum judex. 288. ſeq.
Chani donaria. 292. ſumma poteſtas & reditus. 295. dominium. 284. 285. penſio Turcorum imperatori pendenda; pacta: & moneta. 296. expeditio bellica, 297. 299. exercitus. 305. equitatus. 306. arma & apparatus. 307
Chanorum regiæ opp. 264. aulici. 285. familia & cognomina, &c. 282. uxores ubi aſſervari ſolitæ. 259. acceſſus facilis, & veneratio. 209 præſidia & vexilla. 309. ſucceſſio. 283. electio. 284. tyrannis in fratres. 285
Cherchiarden Tart. urbs. 223
Cheremiſſæ Tart. 327
Cherſona urbs. 257. 258
Cherſoneſii vel Cherſoneſitæ. 119. 282
Cherſoneſi. 225. 226. magna. 275. parva. 258
259.
Cherſoneſus urbs Corſunum.
Circaſſii Tart. 258
Citracanum empor. Tart. 377. 207. 345
Cleſma fl. 228
Cojacei conſiliarii Tart. 13
Colchis. 286. 309
Comani qui. 277
Comgoſcoia arx. 317
Condora regio. 47
Coporogia urbs, caſtrum, fl. 34
Coracei, conſiliarii Tart. 23
Corella urbs. 386
Corſonum, Corſunum, Corſuna, Tart. opp. 23
Coſna. 209
Coſſin fl. 39
Coſſlovic arx & opp. 35
Coſtoma opp. 256
Coſtovia opp. 278
Cremum, Crimum, Crim, Crimenſis arx, urbs, 210
regia, Tart. metrop. 185. 208. 223. 268.

Crim,

Camenæ montes. 40
campi Bialogrodenſes. 248. Tartarici. 280. Oczacovienſes. 248. Sauramenſes. 207. 243
Captivorum ratio apud Tart. 302
Carambis prom. 272
Carpenoites ſinus. 275
Cathajum urbs. 315
Cazan regnum & opp. 30
Cercelii apud Chanum primarii conſiliarii. 287
Cerceſſigermenum arx. 264
Cercum arx & opp. 274
Ceremiſſi pop. 35
Chalcedonia. 232
Chanus, Tartarorum imperator. 212. ipſe omnium cauſſarum judex. 288. ſeq.
Chani donaria. 292. ſumma poteſtas & reditus. 295. dominium. 284. 285. penſio Turcorum impe-ratori pendenda; pacta: & moneta. 296. expeditio bellica, 297. 299. exercitus. 305. equitatus. 306. arma & apparatus. 307
Chanorum regiæ opp. 264. aulici. 285. familia & cognomina, &c. 282. uxores ubi aſſervari ſolitæ. 259. acceſſus facilis, & veneratio. 209 præſidia & vexilla. 309. ſucceſſio. 283. electio. 284. tyrannis in fratres. 285
Cherchiarden Tart. urbs. 223
Cheremiſſæ Tart. 327
Cherſona urbs. 257. 258
Cherſoneſii vel Cherſoneſitæ. 119. 282
Cherſoneſi. 225. 226. magna. 275. parva. 258 259.
Cherſoneſus urbs Corſunum. 258
Circaſſii Tart. 177. 207. 345
Citracanum empor. Tart. 228
Cleſma fl. 13
Cojacei conſiliarii Tart. 286. 309
Colchis. 277
Comani qui. 317
Comgoſscoia arx. 47
Condora regio. 34
Coporogia urbs, caſtrum, fl. 23
Coracei, conſiliarii Tart. 386
Corella urbs. 23
Corſonum, Corſunum, Corſuna, Tart. opp. 209
Coſna. 39
Coſſin fl. 35
Coſſlovic arx & opp. 256
Coſtoma opp. 278
Coſtovia opp. 210
Cremum, Crimum, Crim, Crimenſis arx, urbs, regia, Tart. metrop. 185. 208. 223. 268.

Crim, Tartari Crimenſes. 56. 259. 282

Crimenſes & Taurica Crimæa. 223

Cumanæ caſtellum. 314

Curenſes officiales apud Chanum. 286

Curſus Achillis. 253

Ctenus portus. 256

Czuczko vel Czudzin lacus. 21

D.

Dardanellæ caſtra. 234. 237

Dobrucenſes Tart. 306

Donus, Tanais. 207

Drohobuſch opp. 18

Dromon Achillei, inſ. 207. 253

Duna fl. 9

Dvvina fl. 8. prov. & opp. 23

Dyriodorus amn. 314

E

Edel, Volga. 7

Eupatoria. 207. 253

F.

Fontes in Taurica mire profundi: 278

Frigus apud Papinos. 33

G.

Gadzaria, Tartaria minor. 253

Galactophagi qui ſic dicti. 297

Galga quis apud Tart. 284

Galipolis. 225. 234. 237

Gazaria, Taurica. 253. 227

Genuenſium apud Tartaros veſtigia. 270. 273

colonia. 390

Græcida, Præcopia. 253

Gruſtintzi pop. 35

H.

Hajonati judices. 211

Hamiari officiales. 286

Helleſpontus. 235. 237. 249

Heraclea, vel Heracleum. 254

Hercyniæ ſilvæ rami in Moſcovia. 165

Hiems quanta apud Moſcos. 167

Hieraſus, Prutus fl. 280

Hordæ Scythicæ. 218. 298. Tartaricæ. 182

Hugra amn. 18

Hugritzchi pop. 33

Hypanis fl. 206. Bogus. 243. 249. 280

I.

Iambogia opp. Tart. 209

Iamboldom vel Iamboli arx & civ. 261

Iamnia caſtrum. 23

Iaphanim opp. 41

Iaphain Tiuna opp. ibid.

Iavliſcum opp. 38

Iavolgenſes Tartari.

Iayczk fl.

Ieniſcæa fl.

Ilmen lacus.

Ingermenum Tart. opp. & arx. 20

Iœgerii montes. 209.

Iorgoëtum opp.

Iſthmus. 262. vide Continens, quid.

Itinera Moſc. &c.

Iugh fl. 38. 53. 54.

Iugra ſive Iuhra prov.

K.

Kiriorum ſtirps, Cæſares Tart. Præcopenſiu

186

Kivarei quinam inter Tart.

Kitaysko lacus.

Korſunii metrop. Præcopenſium Tart.

Kujaci officiales.

L

Lacus putris.

Lacus ſalſi. 237.

Ladoga lacus.

Lepanthus ſinus.

Loppia regio.

Lovat fl.

Lucomoria regio.

M.

Mæotis palus, parens marium.

Mœotidis os, Boſporus Cimmerius.

Mancopia arx & opp.

Mangan Soiſcoigoratum opp. 210.

Mangutenſes quinam inter Tart.

Mangutum arx & opp.

Mare Adriaticum. 239. Caſpium, id eſt, Hyr

num. 277. 240. Herculeum majus. 242. me

terraneum. 239. nigrum. 239. Tanæ.

Maris anguſtiæ. 237. an à creatione.

Margutium opp.

Mercatura Moſcorum.

Mercimonia Tart.

Militia Ruſſ.

Militum bene meritorum & emeritorum ra

apud Tart.

Moneta Ruſſ. 99. Tart.

Monetaria Chanorum.

Moldaviæ pars.

Montes hyperborei.

Mordovotes pop.

Mordvvæ pop.

Moſqua vel Moſcua prov. 10. metrop. ib

161. flum.

Iavolgenſes Tartari. 188
Iayczk fl. 31
Ieniſcæa fl. 78
Ilmen lacus. 20. 22
Iugermenum Tart. opp. & arx. 209. 256
Ioëgerii montes. 32
Iorgoëtum opp. 47
Iſthmus. 262. vide Continens, quid. 240
Itinera Moſc. &c. 38. 53. 54. 55.
Iugh fl. 25
Iugra ſive Iuhra prov. 31

K.

Kiriorum ſtirps, Cæſares Tart. Præcopenſium. 186
Kivarci quinam inter Tart. 282
Kitaysko lacus. 33
Korſſunii metrop. Præcopenſium Tart. 185
Kujaci officiales. 309

L

Lacus putris. 237. 255
Lacus ſalſi. 280
Ladoga lacus. 31
Lepanthus ſinus. 238
Loppia regio. 35
Lovat fl. 20
Lucomoria regio. 35

M.

Mæotis palus, parens marium. 241
Mœotidis os, Boſporus Cimmerius. 274
Mancopia arx & opp. 210. 262
Mangan Soiſcoigoratum opp. 46
Mangutenſes quinam inter Tart. 282
Mangutum arx & opp. 262
Mare Adriaticum. 239. Caſpium, id eſt, Hyrcanum. 277. 240. Herculeum majus. 242. mediterraneum. 239. nigrum. 239. Tanæ. 239
Maris anguſtiæ. 237. an à creatione. 238
Margutium opp. 210
Mercatura Moſcorum. 168
Mercimonia Tart. 228
Militia Ruſſ. 99
Militum bene meritorum & emeritorum ratio apud Tart. 310
Moneta Ruſſ. 99. Tart. 203
Monetaria Chanorum. 269
Moldaviæ pars. 247
Montes hyperborei. 32
Mordovotes pop. 35
Mordvvæ pop. 36
Moſqua vel Moſcua prov. 10. metrop. ibid. 161. flum. 16

Moſco-

Moſcovia. vide Ruſſia. fluviorum, & lacuum mater. 167
Moſcoviæ aquæ quales 167. carnes. ibid. equitatus. 174. fluvii. 167. fruges. ibid. lacus. ibid. piſces. ibid. regimen. 168. ſcholæ. 169. ſylvæ. 165. vires. 172
Moſcoviæ principum avaritia in ſpoliandis ſuis legatis; itemque Livonia. 172. habitus & ceremoniæ. 169. veneratio. 170. ſucceſſio. 104
Moſcorum magnus dux. 160. ejus familia. 104. præcipua prudentia. 163
Moſcorum cum Polonis comparatio. 174. 180
Murſi, Murzæ, Murzones, quinam apud Tartaros. 211. 284. 286. 293.

N.

NAgai. vide Nogai.
Nartæ Ruſſiæ, ſoleæ ligneæ. 30
Narim opp. 46
Navigationes inſignes. 242
Naxinſcoia. Vide Novinſcoia.
Neemum fl. 38
Neprus, Boryſthenes. 250
Nerva Ruſſica, Livonica, & fl. 23
Neſter, fl. 206. Tyras dictus. 246. 280
Niſnovogrod. 14
Nogai, Nagai, Nogaienſes Tartari. 279. 284. apud Chanum inter primores. 287
Novinſcoia, Naxinſcoia. 44. 46
Novogrodeck & Novogrod Sivierski. 17
Novogrodia, Novoguardia, &c. magna. 21. 161. 162.
Nympheum portus. 274

O.

OBby fl. & opp. 33
Obdonia regio. ibid.
Obidovus lacus. 280
Obſeca fl. 19
Ocka fl. 9
Oczacovia arx & opp. 249. 280
Oczacovienſes campi. 243. 248
Olbiopolis Plin. & Ptolem. 206
Olſcoygorotum. 43
Opon prom. 272
Orcicovia urbs Tart. 233
Oreſſek urbs. 23
Orium prom. 272
Onega fl. 9
Oſcovia arx cum opp. 206
Oſſovum opp. Tart. 251
Oſſovienſes Tart. 207
Oſtachii pop. 46

Oxa.

Oxa.

P.

PActorum portus.
Panticapea, vel Panticapeium, metrop. [...]poranorum.
Papini gens. 235.
Parthenium prom.
Peninſulæ. 210.
Perecopia. vide Præc. 225.
Permia regio & urbs.
Perigorenſium provincia, gens libera, idolo[...]tria, tyrannis.
Petigorenſes conſiliarii apud Chanum inter [...]mores.
Petzora regio & flum.
Phanagoria civ. 31.
Piſida fl.
Pleſcovienſis ducatus & metrop.
Pluſſa fl.
Pohemium.
Polna fl.
Polonorum & Moſcovitarum comparatio. 1[...] 180.
Pompeiopolis.
Pontus Euxinus. 207.
Portæ Caſpiæ, Caucaſeæ. 239.
Præcop, id eſt, Taurica.
Præcopus, Tartarorum princeps.
Præcopia arx & opp.
Præcopenſis foſſa. 207. 2[...]
Præcopenſes Tartari. 183. 206. 219. 220.[...]
Præcopenſium, aurum Turco proprium. 208.[...] ſervitus. 187. Cæſares. 186. ſoli cœlique bo[...]tas, temperantia, &c. 210. magiſtratus. 2[...] princeps, exercitus. 212. 215. nomen. 2[...]
Prædarum diſtribuendarum inter Tart. ratio. 3[...]
Propontis.
Prutus, Hieraſus fl. 2[...]
Pskovva lacus & fl. 2[...]

R.

RHa fl. 21.
Rhezan ducatus & urbs. 7. 39. 2[...]
Riphæi montes.
Roſthovia ducatus & urbs.
Ruſſ, opp.
Ruſſia vide etiam Moſcovia.
Ruſſiæ topographica deſcriptio, fines, provi[...]ciæ. 5. amplitudo. 6. 160. amplificationis imminutionis hiſtoria. 160. 164. 165. ſoi[...] 55. cœlum. 56. 58. flumina. 7. fontes. 5[...] fruges. ibid. mercimonia. 60. merces. 60.[...]

Oxa. 228

P.

PActorum portus. 256
Panticapea, vel Panticapeium, metrop. Boſporanorum. 235. 274
Papini gens. 32
Parthenium prom. 210. 261
Peninſulæ. 225. 226
Perecopia. vide Præc.
Permia regio & urbs. 29
Perigorenſium provincia, gens libera, idololatria, tyrannis. 277
Perigorenſes conſiliarii apud Chanum inter primores. 287
Petzora regio & flum. 31. 38
Phanagoria civ. 274
Piſida fl. 50
Pleſcovienſis ducatus & metrop. 21
Pluſſa fl. 23
Pohemium. 43
Polna fl. 23
Polonorum & Moſcovitarum comparatio. 147. 180.
Pompeiopolis. 207. 253
Pontus Euxinus. 239. 242
Portæ Caſpiæ, Caucaſeæ. 314
Præcop, id eſt, Taurica. 183
Præcopus, Tartarorum princeps. 177
Præcopia arx & opp. 207. 253
Præcopenſis foſſa. 224
Præcopenſes Tartari. 183. 206. 219. 220. 282
Præcopenſium, aurum Turco proprium. 208. 212 ſervitus. 187. Cæſares. 186. ſoli cœlique bonitas, temperantia, &c. 210. magiſtratus. 211. princeps, exercitus. 212. 215. nomen. 224.
Prædarum diſtribuendarum inter Tart. ratio. 302
Propontis. 239
Prutus, Hieraſus fl. 280
Pskovva lacus & fl. 21. 23

R.

RHa fl. 7. 39. 282
Rhezan ducatus & urbs. 15
Riphæi montes. 32
Roſthovia ducatus & urbs. 27
Ruſſ, opp. 22
Ruſſia vide etiam Moſcovia.
Ruſſiæ topographica deſcriptio, fines, provinciæ. 5. amplitudo. 6. 160. amplificationis & imminutionis hiſtoria. 160. 164. 165. ſolum 55. cœlum. 56. 58. flumina. 7. fontes. 59. fruges. ibid. mercimonia. 60. merces. 60. 61

i dici cœperint. 105.108
3. 93. ingenia. 65. matri-
71. ſepulturæ. 74. mores.
ines populi, & dignitatum
n. 77. 84. judicia in cauſſis
170
s.
nſilium privatum. 88. con-
89. divitiæ. 97. 171. redi-
172. juriſdictio. 85. vicini
177
9
19

S.

Præcopia. 253
208.265
. 276
cæ.
jedæ, vel Samogedz. 32. co-
158
211
s. 280
207.245
. 22
233
alcedonia.
rica. 227. parva & magna. 275
294
s. 277. Baſſa.
35
235
rienſis prov. 17. & opp. 47
30
269
s & civitas Tart.
275
282
inter Tart. 18
. & urbs.
39
39
dulum.
um curatio & proviſio. 285
294
endiæ. 222
im. 185
art. 9
267
26
278
retum.
9. 25
209
. 179
eripuerit.
223
. 28
is & metrop.

T.

41
35

Taffre,

Taffre, id eſt, Præcopia.
Taphræ Plin. 2
Taphros Ptolom. 2
Tamanum arx. ibi
Tamerlanus. 2
Tana, emporia Tart. 2
Tanais fl. 8. Don vel Donus. 2
Tanais minor. 232. 28
Tara opp.
Tartaria minor. 4
Tartarica tuguria, & manendi in campis mo- 25
dus.
Tartarici campi. 25
Tartarici duces. 282. Græci, Itali, Genuenſes 28
283.
Tartari vel Tattari unde nomen.
Tartari non litigioſi. 289. otioſi. 291. vino ab- 21
ſtinent, &c. 390. 202. cur ad fidem Chriſtia-
nam non convertantur. 71. apud Chanum inte
conſiliariorum primores. 286. eorum divitiæ
ibid. fœminæ. ibid. liberorum educatio &
elocatio. ibid. 287. 327. hoſpitalitas. 288. le-
gum ſecuritas. 288. judices ſpirituales. ibid
Tartarorum res familiaris. 290. municipia
391. civitates maritimæ. 272. hordæ. 18
nationes. 327. origo. 182. 206. 311. veritati
ſtudium. 320. mores, ritus. 319. 325. religio
203. 318. 321. Templa. 323. Chriſtianis inac-
ceſſa. 271. conjugia. 196. 202. circa mortuo
ratio. 324. victus. 325. inſtitutio militaris. 311
312. 345. vita & actiones. 192. &c. 214. 342
transfretandi peritia. 190. 214. fugientium
ſtratagemata. 190. 337. exercitus. 189. equi-
tatus. 189. turmarum ratio. 300. 301. 302
308. 309. ſtipendia. 259. primus rex. 311. ſuc-
ceſſus. 312. &c. ſecuritas inter Tartaros quan-
ta. 290.
Taſſa fl.
Tauri gens Scythica. 4
Taurica peninſula vel Cherſoneſus. 207. 219. 27
227. 253.
Tautica ſylveſtris & montoſa.
Taurica à Turca ſubjugata. 278
Taurica Turcenſis. 248
Tauricæ telluris deſcriptio. 274. 278. ruinæ anti- 279
quiſſimæ. ibid. olim reditus, & ſalſamētaria. 276
Tauricani.
Telta fl. 28
Thamanum arx. 4
Theodoſia, Præcop. metrop. 274
Theodoſia parva. 125.208.274
275

Tingæ,

Taffre, id eſt, Præcopia. 223
Taphræ Plin. 268
Taphros Ptolom. ibid.
Tamanum arx. 277
Tamerlanus. 216
Tana, emporia Tart. 228
Tanais fl. 8. Don vel Donus. 232. 282
Tanais minor. 8
Tara opp. 46
Tartaria minor. 253
Tartarica tuguria, & manendi in campis modus. 251
Tartarici campi. 280
Tartarici duces. 282. Græci, Itali, Genuenſes. 283.
Tartari vel Tattari unde nomen. 217
Tartari non litigioſi. 289. otioſi. 291. vino abſtinent, &c. 390. 202. cur ad fidem Chriſtianam non convertantur. 71. apud Chanum inter conſiliariorum primores. 286. eorum divitiæ. ibid. fœminæ. ibid. liberorum educatio & elocatio. ibid. 287. 327. hoſpitalitas. 288. legum ſecuritas. 288. judices ſpirituales. ibid.
Tartarorum res familiaris. 290. municipia. 391. civitates maritimæ. 272. hordæ. 182. nationes. 327. origo. 182. 206. 311. veritatis ſtudium. 320. mores, ritus. 319. 325. religio. 203. 318. 321. Templa. 323. Chriſtianis inacceſſa. 271. conjugia. 196. 202. circa mortuos ratio. 324. victus. 325. inſtitutio militaris. 311. 312. 345. vita & actiones. 192. &c. 214. 342. transfretandi peritia. 190. 214. fugientium ſtratagemata. 190. 337. exercitus. 189. equitatus. 189. turmarum ratio. 300. 301. 302. 308. 309. ſtipendia. 259. primus rex. 311. ſucceſſus. 312. &c. ſecuritas inter Tartaros quanta. 290.
Taſſa fl. 43
Tauri gens Scythica. 275
Taurica peninſula vel Cherſoneſus. 207. 219. 227. 253.
Taurica ſylveſtris & montoſa. 278
Taurica à Turca ſubjugata. 248
Taurica Turcenſis. 279
Tauricæ telluris deſcriptio. 274. 278. ruinæ antiquiſſimæ. ibid. olim reditus, & ſalſamētaria. 276
Tauricani. 282
Telta fl. 48
Thamanum arx. 274
Theodoſia, Præcop. metrop. 125. 208. 274
Theodoſia parva. 275

Tingaſi, vel Tingueſii, popul. 48
Tinna opp. 41
Toas fl. 52
Tobol fl. 43
Tobolſa metrop. Siber. 42.43
Toëra fl. 40.41
Tooma urbs. 45.47
Torgalf fl. 53
Tuiani quinam inter Tart. 293
Tvverenſis duc, & metrop. 20
Tyras fl. 206. 247. Neſter. 280

V.

VAchines pop. 35
Valachiæ pars. 247
Vergateria. 40
Viatka regio & fl. 29. & opp. 39
Vidovus lacus. 280
Viſchara fl. 29
Vivodus lacus. 207
Vlani, conſiliarii apud Tart. 283.286.293
Vodzka regio. 23
Vogulici pop. 33
Volga fl. 7.39.55.59.282
Vologda prov. metrop. & fl. 25
Vppa fl. & caſtrum. 16
Vſtiuga prov. & metrop. 24

VV.

VVAga fl. 25
VVeygats fretum. 38.49
VVichida fl. 10
VViſera fl. 39
VVitſogda flum. & opp. 38
VVolchovv fl. 22
VVolodimeria prov. & urbs. 13

Y.

YAroſlavia duc. & urbs. 27
Yrtis fl. 43
Yvanorogrod arx. 22

Z.

ZErgolta opp. 44
Ziemnoipoiæ montes. 31.34
Zicchi. 235
Zolota baba idolum. 33.34

FINIS.

BIB
VI